

M 5923

Hono

2
2
P

1
2
3
4
H.U.

~~Mr. H. C. Hall~~

Massachusetts.

117

1675
78

IGNATII STEPH. HORVÁTH J. V. D.
S. C. R. ET A. M. AVLÆ FAMILIARIS, JVRIS
NAT. PVBL. VNIV. ET GENTIVM IN ACAD.

REGIA POSON. PROF. PVBL. ORDIN: ET

LIBRORVM REVISORIS REGIE

PIBLIO THECA
JVRISCONSULTORVM
HVN GARIAE.



POSONII,
TYPIS SIMONIS PETRI WEBER.

1786

BIBLIOTeca ASTRA

Asociatia pentru cultura populara si folclorul românesc



Centrala Sibiu.

Nr.

1968

1968

1968

5928

Maritora Mæonii vincunt monumenta libelli
Vivitur ingenio: cætera mortis erunt.

Albi novanus in Mæcenatis obitum.



Admittitur.

Cauz.

m. p.

Imprimatur.
Hoffinger m. p.
Actuarius.

hoh

CELSISSIMO
SACRI ROMANI IMPERII
PRINCIPI
ANTONIO
GRASALKOVICS
DE GYARAK,

Sacræ Cæsareæ & Regio Apostolicæ Majestatis Camerario, Actualis intimi Status Consiliario, nec non per Inçlytum Regnum Hungariæ Agazonum Regalium Magistro, Inclytorum Comitatuum Zoliensis, & Bodrogiensis supremo Comiti, Arcium & Dominiorum Gödölö, Comjáthy, Hatvan, Debrö, Baja & Iványi hæreditario & perpetuo Domino

DOMINO DOMINO
GRATIOSISSIMO

CELSISSIONE S. R. I. PRINCEPS!



Vetus celebriorum gentis nostræ Jurisconsultorum monumenta, præsenti hoc Volumine comprehensa eo felicius publicam in lucem prodeunt, quod ea celsissimo Nomihi TUO inscribi benignissime voluisti: numeravit nimirum Patria nostra tot heroum fœcunda parens, antiquissimis temporibus plurimos ab ingenii abundantia instructissimos viros, qui cum alias scientias tum præcipue Jurisprudentialiam Hungaricam eruditione sua mirifice illustrarunt & ditaverunt: Eo nihilominus præclari hi ingeniiorum partus infelicitate temporum sunt prolapsi, ut aut lucem publicam nunquam viderint, aut si etiam ad tempus e tenebris emergerent,

rursum tot adverſis rerum noſtrarum vicifititudinibus e manib[us] erepti juxta, & e memoria remoti in obſcuritatem reciderunt: hos cum e priscis manuscriptis & monumentis eruendos & in luce publica collocandos statuiffem TV, ut frontem hujus Jurisconsultorum Bibliothecæ magnitudine nominis TUI ornarem ultro benevolentiffime indulſisti.

Felicem ſane Patriam noſtram quæ TE Principe gloriatur, ſi quidem vel una hac re, ut ne ampliſſimum ingentium virtutum TUARUM Campum ingrediar: abunde oſtendisti TE Patriæ felicitati natum: cum eos, qui Patriam antea ornarunt, ac ſubinde infelici quodam fato ex memoriis hominum interciderunt rurſus in

lu-

*lucem, ac nominis celebritatem gloriose, &
celerrimi nominis TUI fulgore reponis.*

*Felices hos omnes, qui primo hoc
Bibliothecæ hujus Volumine comprehensi,
cum jam in tenebras recidissent, rursum a
benignitate TUA novam lucem & vitam
quasi, ac Spiritum recipiunt.*

*Felices Patriæ nostræ Scriptores,
qui TUO exemplo instructi: scientias Prin-
cipibus Hungariæ viris percharas esse, ma-
joribus conatibus eas illustrandas & am-
plificandas complectentur.*

*Felicem etiam meipsum, quem TUI
nominis celitidine fultum ad hunc labo-
rem suscipiendum, & continuandum perpu-
listi, una, & maxima spe auxisti fore,
ut labor hic nec Patriæ inutilis nec Le-*

Eto-

& tōribus non sit proficuus. Quis enim deinceps id cestimare non audeat, quod TU tam multiplici ac vario rerum usū, tanta virtutum maximarum gloria, tanto nominis splendore fulgentissime Princeps cestimasti, & probasti.

Quare mihi nihil restat amplius, nisi ut debitum grati animi & gratiarum actionis vestigia mox in principio hujus Operis pro TUA in me benignitate dependam, TEque una enixe orem, ut me singulari benevolentia TUA porro quoque protectum eas, qui sum

CÉLSITUDINIS TUÆ

perpetuo devotus
IGNATIUS STEPH. HORVÁTH.



LECTOR BENEVOLE!

Bibliotheca hæc Jurisconsultorum Hungariæ, in plures dividenda Tomos non solum tibi exhibebit opera eorum, qui scriptis suis eruditis rem Juridicam Patriæ illustraverunt, habebis una eorum seriem, qui aut Causas in forum propellendo aut munera alia gerendo optime de re Juridica Hungarica sunt meriti. Ratio non una est hujus mei conatus: volui ego tibi ea his commentationibus exhibere, quæ olim ante centum & amplius Annos in foro, in Judiciis Hungariæ in Administratione obtinuerunt, & licet pro varietate circumstantiarum opportune mutata tamen scitu admodum digna. Nam ut ait Cicero: *nihil earum rerum scire quæ antequam nasceris, factæ sunt, hoc est semper esse puerum, cognoscere vero res gestas memoriae veteris, ordinem tenere antiquitatis, exemplorumque omnium habere notitiam*, de-

corum, laudabile, ac prope Divinum est.
 Sed ostendere etiam volui non defuisse unquam in Hungaria viros, qui rebus suis optimis res Patrias præsertim Juridicas illustrarunt. Primo Tomo exhibebo tibi ea, quæ ad Historiam Juris Hungarici pertinent; spero literatos æqui bonique Consulturos conatum meum: eos, qui carpere tantum res alienas, non vero aut scriptis suis aut conatu res illustrare solent non morabor. Vale!



JOANNIS JONY
CAUSARUM UTRIUSQUE FORI,
PER HUNG. ADVOCATI
COMMENTATIO
HISTORICO - JURIDICA
DE
ORIGINE ET PROGRESSU JURIS
HUNNO - HUNGARICI
A PRIMIS HUNNORUM IN PANNONIAM SUSCE-
PTIS DEMIGRATIONIBUS AD PRAESENTIA
USQUE TEMPORA CONTINUA ANNO-
RUM SERIE REPETITA.



PROOEMIUM.

Quam conducibile fit solidioris Scientiæ Cultori, cuiusvis Rei & Doctrinæ Historiam in promptu habere, vel me non monente, lubentissima mente admirerit, quisquis supinam suam in his Sacris prodere nolit ignorantiam. Sane *Medicus*, si non nocuerit, parum certe profuerit ægroto, nisi Historiam Morbi, quem medendum sibi sumit, ad amissim indagaverit. Ita & *Theologus* vix ac ne vix quidem dignus censebitur

A

hoc

hoc nomine, nisi fata & progressus Ecclesiæ Dei, quos Historia propinat Ecclesiastica, quam accuratissime cognitos habeat atque perspectos; quinimo, & ipsi Rerum ab origine Mundi gestarum Scriptores, quos *Historicorum* nomine designamus, ipsarum Historiarum, quas conscribere meditantur, Historiam, in numerato habeant, oportet, (a) ut ita de fide testium amplectendorum edoceti, penitus queant dignoscere, quem demum tuto sequi liceat, quemve suspectum
ha-

(a) Firmatur hæc mea sententia consensu perlustris Viri, Joannis Petri Ludevigi, qui *toto Capite I.* nobilissimi *Traject.* sui, quem Germaniam Principem salutari voluit, in hoc versatur argumento, quod etiam idcirco *Historiae Historiam* inscrispit; quæ autem & quanta enascantur absurdæ, quodsi Conditores Historiarum obvium quemque, nec satis probatum sectentur testem, id quidem invictis rationibus demonstravit Christoph. Cellarius, in egregia *Dissert. de Principio Regnorum & Historiarum* §. I. & seqq.

habere congruat Authorem. (b) Et quodsi in omni Scientiarum genere hæc ita se habeant, quidni in almo *Jurisprudentiæ* Studio id omnino desiderari, credendum est! Qua enim, quæso, ratione ad Authoritatem & obseruantiam Legum in Judicio provocaverit Ictus, nisi perspectum illi sit, quæ Leges, quo Rege, quove Vigore conditæ, quove demum Instituto mutatæ, aut prorsus antiquatæ sint? ut de jucunditate nihil dicam, quam vetustarum Legum accurata præbet notitia.

A 2

titia.

(b) Taceo Rerum Divinarum humanarumque indagatores, qui Philosophi dicuntur, quippe quos magna obscuritate involvi necessum foret, nisi Doctrinas & fata Veteris Philosophiæ, in Historia Philosoph. fusi explicari solita, omnino cognita habuerint: nec enim rectius, quam istius Historiæ cognitione præparari ad hæc Mysteria animos discentium, & velut initiari posse, eleganter & apposite scribit melioris Philosoph. Doctor, *J. Fr. Buddeus*, in *Præfat. ad Elem. Philos. Instrum.*

titia. (c) Atque his quidem & aliis pluribus ductus Argumentis, ad conscribendam *Juris Hunno-Hungarici Historiam* animum meum induxi. Ex eo etiam maxime respectu, ut & exoticæ Nationes edoceantur, quam bonis & salutaribus Legibus gaudeat Hungaria, adeoque gravissimas illas, in Gentem nostram hactenus impudentissime jactatas calumnias, tandem aliquando seponere discant. (d) Ipsam Opusculi

Me-

(c) Multum quoque conducere ad Juris cognitionem & interpretationem Legum genuinam, Historiam Juris antiqui, & quomodo id paulatim mutatum sit, pro more suo accurate observat magni nominis ICtus Christ. Thomasius in *Dissert. Jurid. de Usu præst. Inslit. de Nupt.* c. 1. §. 1. in *Notis*.

(d) Castigandus hoc loco praeceteris, quos nunc tacitus prætero, impudentissimus Hungarici Nominis calumniator Phil. And. Oldenburgerus, qui in *Thesauro Rer. Publ. Part. IV. Tit. 2. §. 64.* affirmare ausus est, non adeo multum laudari posse Justitiam Hungarorum. Quasi vero in illius tantum germanico cerebro sedem sibi fixis-

Methodum quod attinet, in quinque Sectiones & quasdam Paragraphos illud dispertiri libuit. Quarum *Prima*, De Jure & Consuetudinibus Hunnorum, a prima illorum in Hungariam excursione, usque ad tempora amplexæ Fidei Christianæ; *Secunda*, De Legibus Hungarorum ab hoc tempore usque ad Compilationem Decreti Tripartiti, sub VLA-DISLAO II. interventam, adjecta etiam in fine Scriptorum Juris Hungarici, tam editorum, quam Manuscriptorum pleniori notitia; *Tertia*, De Jure Hungariæ a temporibus Compilationis Tripartiti, usque ad modernum Gloriosissimum Hungariæ Regem CAROLVM VI; *Quarta*, De Juribus Hungariæ, eorumdemque felicissima reformatione sub eodem Augustissimo Rege & Domino nostro;

A 3

Quin-

fixisset Justitia? sed notata jam est ab ipsis quoque Germaniæ Viris Eruditis summa illius temeritas, qua eodem in opere ineptissimo certe judicio conatuque ad omnem audaciam producto, usus est, ut ulteriore refutatione opus non esse existimem. Vid. omnino *Ludvigium*, dict. *Tract. Cap. 2. pag. 33.*



Quinta denique De particularibus Hungariæ Juribus, qualia sunt: *Jus Thavernicale*, *Jus Civitatense*, *Jus Criminale*, *Jus Comitatum & Collegiorum privatotorum*, *Jus Montanisticum*, *sive Metallorum*, *Jus sub-Montanum Hegyallyense*, circa Vineas occurrens, *Jus Fumi*, *Jus Militare*, *Jus Venationum*, & *Jus XIII. Oppidorum Scepusiensium*, differui, subnexis etiam pro Coronide quibusdam Observationibus, de *Legibus & Consuetudinibus Regnum Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ & Transilvaniæ*. Elegantiam Styli Ciceronianamque puritatem hic defiderari, non diffiteor, quem tamen defectum (si revera tantus dici meretur) facile mihi condonaverint æqui judicii Lectores, qui perpenderint, quod in Foro versanti mihi Curialem potius loquendi scribendique modum, has accusationes non curantem, imbibere competitbat, (e) qui

pro-

(e) Unde etiam per totam Tractationem, in quantum

proinde non poterat tantopere excuti animo, ut non subinde, etiam invito Authore semet insinuaverit. Cumprimis, quod totam hancce Lucubrationem inter ipsissimas occupationes & curas Oeconomicas, quibus intricabar, confecerim; atque adeo multum mihi fuerim gratulatus, quod Rem ipsam, satis, ut puto, perspicue, consignare mihi licuerit, non observata licet semper cultiore Literatura: quippe cui, si supersticiosius justo inhærendum judicasse, (quod quidem illi facere possunt ac debent, quibus Res duntaxat Literaria curæ est corrique,) nunquam profecto pertexere, multoque minus in publicum educere licuisset telam adorsam. Cæterum, si quem memoriæ lapsum huic Opusculo irrepisse judicaverit, illum homini, a quo nihil humani alienum esse poterat, imputabit Lector humanissimus; si quid vero utilitatis eidem inesse censuerit, id omne Divinæ Benignitati, cuius auspiciis in hoc quoque Labore

A 4

ver-

tum quidem id fieri poterat, verbis Decreto-
rum ut plurimum usus sum.

versatus sum , acceptum referet. Jam vale Lector humanissime , meisque conatibus ulterius etiam favere perge. Scribebam I G L O V I A E Scepusiensium *Mense Martio* , Anni 1725.





SECTIO PRIMA.

De Jure Hunnorum usque ad tempora professæ Fidei Christianæ.

§. I.

Gentem, quæ principio ingressus
fui in Pannionam Hunnorum
nomine fuerat designata, atque eotum
Democratico-Aristocraticam tenebat Rem-
publicam, (a) loco Juris Scripti, peculiares
quasdam observasse Confuetudines, (b) iis-
demque Lites quoquomodo emersas diju-
dicasse, per incorrupta Monumenta satis
exploratum habemus. Ita namque eam
in rem traditum reliquit, probatæ fidei
Scriptor, Joann. Thuroczius, Cap. X.

A 5

Chron.

Chron. Hungar: Unum præterea Rectorem nomine Kadar, Virum Sapientem, & ad id idoneum, qui Lites sopiret disfidentium, furesque ac latrones castigaret, inter se constituerunt: edicentes nihilominus Decreto generali: ut si Rector ipse immoderatam diffiniret sententiam, Communitas illam in irritum revocare, errantemque Rectorem tum corripere, ac pariter & Capitaneos, dum vellet, deponere posset. Edictum etiam fuit, ut cum Res Communitatem æqua sorte tangentes occurrerent, aut generalis expeditio exercitus incumberet, mucro sanguinis aspergine tinctus media Hunnorum per Habitacula castraque deferretur, Uxorque subsequeretur Praeconica, dicens: Vox Dei & præceptum Communitatis universæ, ut unusquisque in tali loco (eundem designando locum) armatus, vel qualiter potest, compareat, Communitatis consilium simul & præceptum auditurus. Hæc Consuetudo inter Hunnos, siue Hungaros inviolabiliter exstitit observata, & multos generatione de hac perpetuam redegit in rusticatatem. Quam qui-

quidem legitimæ Consuetudinis observantiam tam diu viguisse existimo, donec Res illorum publica, mutata paululum priori illius forma, in Monarchicum versa fuisset statum. (c)

(a) Gaudebant vero Hunni isthac Regiminis publici forma a prima illorum emigratione in Hungariam, usque ad tempora Attilæ, Magni illorum Regis & Monarchæ, quo fatis functo, illa denuo reviviscere cœpit, duravitque deinceps ad electionem usque S. Stephani, factamque in illum a Communitate totius Imperii translationem, teste *tit. 3. part. I. Op. Trip.* Nec obstat, quod Duces habendo Aristocraticam potius observasse videantur Rempubl. Hi enim omnia Communitatis nomine facere tenebantur, adeoque non tam imperandi, quam administrandi potestate pollebant. Quod ipsum bene observavit, ac suo etiam calculo comprobavit, *Mich. Pancratius in egregio Traſt. Hist. Polit.-Jurid. Juris Publ. R. Hung. Sect. II. §. 7, 8, 9, 29, & 30. & Sect. IV. §. 4.*

(b) Nonnulla illarum exempla etiam *Priscus Rhetor* in *Excerpt. Legat. ad Attilam* perhibet, v. g. permisisse Scytharum Leges, plures habere Uxores; porro in more positum fuisse apud Hunnos, ut præcipui Principes captivos ditiores sibi seponant, quos deinde in plures dividant, & partiantur. &c.

(c) At-

(c) Attilæ Regini temporibus id evenisse, jam supra indicavimus. Et vero extra controversiam id esse ponendum, indubia Historicorum aliorumve Scriptorum fide edocemur, qui hoc legendi veniunt. Et quidem: Bonfinius *Rev. Hung. Dec. I. Lib. 3.* pag. 35, 36, 37, & 38. Nic. Olahus in *Attila C. 3.* Petr. Calimachus Exper, in suo itidem *Attila sub init. Ottrokotsius, Origg. Hung. C. 4. §. 1.* p. 102, & 103. Petr. de Reva *Cent. 6. Rev. Hung.* pag. 145. Schurtzfleischius, in *Notis ad §. 5. Dissert. Hungaricæ. Ludevig. Tr. de Auspicio Regum C. 2. §. 5.* Phil. And. Oldenburgerus *dīct. Traſt. Part. IV.* p. 455. Chr. Funccius. in *Breviario Quadripart. Hist. Polit. Orbis bodie Imperantis Tomi I. §. 7.* Marc. Zvver, Boxhornius, *Traſt. Polit. Lib. 2. C. 2.* & qui plura Rerum ab Attila gestarum Capita ab inquis Censorum insultibus idoneis argumentis vindicavit, M. Rudolph. Roth, in *Dissert. Attila Hunnorum Rex*, vocata §. 16. & seqq. Addatur *Staat von Hungarn. C. 1. § 6.* ut mirari satis nequeam accuratum cætera Scriptorum Mich. Pancratium, nullo mutationis hujus discrimine observato, paragraphis antea citatis promiscue asseruisse, Rempublicam Hunnorum Democratico Aristocraticam usque ad electionem Stephani Regis duravisse,

§. 2.

Nimirum posteaquam Attila, potentissimus Hunnorum Dux, Regiam &
su-

supremam consequutus fuisset Dignitatem, quemadmodum Rebus, bello feliciter & collaudanda prudentia gestis, hanc Nationem ad summum felicitatis gradum evexit, adeo, ut merito ejusdem in Paganismo lumen & decus dici meruerit, (d) ita Justitiæ quoque administratione, (e) & Legum sanctione, non minorem sibi conciliavit laudem. Constat id ex Petri Callimachi *Exper. Attila*, qui eidem gloriam hanc ita tribuit: *Captis igitur descriptisque locis, per quæ Gentibus suis distributis Regionem munitam, clausam insultibus externis redderet, aliquantulum temporis stabiliendis Rebus ac Regno suo, totum scribendis Legibus, quibus agitantur inter se, absumpst.* Putabat enim conscriptis Legibus homines fieri meliores, cum intuerentur quotidie, quæ benemerentibus de communi utilitate proposita essent præmia, & quæ flagitiis pœna immineret. Quod ipsum etiam Nicol. Olahus Archiepiscop. Strigonien. in suo itidem *Attila c. 4.* statuit: *dum, inquit, Attila, sive metu venturi contra se ex Asia Martiani Imperatoris, ut quidam tra-*

tradidere; sive tentorii sui, sereno Cælo
subito prolapsi, portento percussus, si-
cambriam reversus fuisset: dimisso Exer-
citu ad ea Pannonicæ Loca, quæ illis ad
curanda corpora, quietemque aliquanti-
sper agendum distribuerat: ipse, ne id
quoque temporis, quod a bello supererat
gerendo, inutiliter, ac præter publicum
suorum commodum absumeret, statuit
Regnum Legibus stabilire: arbitratus Le-
ges Regno firmando non minus necessarias
esse, quam Arma. Igitur quum Legibus
ex æquo & bono publico conscribendis,
subditis in ordinem quo viverent redigen-
dis, operam daret: Reges & Populi com-
plures, partim nominis, fortitudinis,
ac in Rebus Militaribus gloriæ ipsius fa-
ma, quæ totum fere jam penetraverat Or-
bem, pellecti, partim existimantes, de-
posta priore præferoci natura, eum jam
ad mores civiliores conversum iri, atque
Regnum suum Legibus firmaturum, hac-
que re aliquam præbiturum & Continen-
tiæ & Justitiæ suæ speciem, ex diversis
Orbis Regionibus in dies ad eum conflu-
bant. Neque vero minus ab ipso etiam

Bon-

Bonfinio, plenissimo Rerum Patriarum Scriptore, modo dicta confirmantur, *Lib. III. Dec. I. p. 37. R. H.* sic loquente: *ipse Attila ad disponendum Regnum animalium intendit, Rempublicam instituit, munit Legibus, ac Edicta varia promulgat.*

(d) Evidem non paucis figmentis & mendaciis illum defœdarunt Historici nonnulli, eo ipso tamen non obscura dederunt documenta, quod suas hasce nugas non nisi ex turbidis nugatorum lacunis hauserint, digni proinde, quorum scripta hujus farinæ, solis commendentur nugatoribus, quo quidem honore jam olim maestandos judicavit Ottrokotsius, *Cit. Tracl. C. 4. §. 1. & seq.* qui etiam pulcherrimum ibidem de illo tulit Elogium, adeo, ut quibusdam Gentilium Moralibus Philosophis eundem æquiperaverit. Pudeat itaque jam castigatum *Oldenburgerum*, tantum Professorem pag. 486. *diel. Lib.* tam absurdâ ac irrationabilia in illum effutivisse scommata, ad ipsam quoque Hungariam mordaci & temerario calamo extensa.

(e) Exemplum aduræ per Attilam Justitiæ refert idem *Priscus Rhetor diel. Loco*, nimirum quam Theodosius Imp. insidias vitæ suæ strui curasset, extemplo Orestem & Eslam Constantiopolim illum misisse, jussisseque Eslam hæc verba

ba proferre: Theodosium quidem clari patris & nobilis esse filium, Attilam quoque Nobilis parentis esse stirpem, & patrem ejus Mundiu-chium acceptam a patre Nobilitatem integrum conservasse, sed Theodosium tradita a patre Nobilitate excidisse, quod tributum sibi pendendo suus servus esset effectus; non igitur rem justam facere, qui præstantiori & ei, quem fortuna Dominum demonstravit, tanquam ser-vus scelestus & improbus, clandestinas insidias paret, neque se prius criminari illum eo nomine destitutum, quam Evnuchus ad sup-plicium sit traditus. *Bonfinius* quoque Oratio-nem Attilæ, qua necem fratri sui excusare nitebatur, recitans, aliquoties innuit, eundem identidem ad Justitiam, Edicta & Leges se pro-vocasse, *Rer. Hung. Dec. I. Lib. 3. p. 38.* & 39. Huc quoque accedit *Ruppertus*, cuius verba de Juslitia Attilæ recenset *Behamb*, in *Notis ad Schödelii Disquisit. de Reg. Hung.* p. 99.

§. 3.

Hoc igitur tempore non tam Ju-re illo pristino & mere consuetudinario, quain Legibus hisce noviter conditis, gaudebant Hunni. Verum non exigui momenti dubium hic mihi exoritur: ni-mirum an Leges dicta ratione per Attilam latæ revera in scriptum redactæ, si-ve, ut in claris simus, Literis mandatæ, tali-

taliterque publicatæ fuerint, quod quidem innuere videntur laudati Scriptores, vel vero ita saltem intelligendi sint, ut *conscribere* idem illis sit, quod alias *sancire*, seu publice promulgare denotat? ad quod itaque resolvendum antequam memet accingam, discutiendum prius veniret commune osorum Gentis hujus præjudicium, quo eandem de Rebus suis, adeoque & Legibus nihil temporibus priscis in Literas retulisse, ac hinc nullos unquam Characteres vel habuisse, vel usurpavisse, licenter affirmant: ut taliter petitionis principii subsumptionem evitemus. Sed vero jam subvenit ea in parte curis nostris Admod. Rever. Domin. *Matth. Bellius*, Vir de Republica Literaria, & imprimis Patriæ nostræ Rebus meritissimus, in præclara *Exercitatione de Literatura Hunno-Scythica*, quippe quo Libro, ac præsertim Sect. 2. & 3. non solum cuncta ejusmodi præjudicia erudite profligavit, verum multis etiam Argumentis evicit, ipsos quoque Hunnos suum habuisse Alphabetum, ac a consequenti Scripturæ pariter usum habere debuisse. In

quam quidem sententiam ego quoque pedibus ivi.

§. 4.

Posito autem hocce Fundamento, ego certe non video quibus ex causis dubitandum sit, declaratas Attilæ Leges literis fuisse mandatas. Cujus asserti argumentum, inde quoque desumi potest, quod Attila, referente idipsum *Prisco Rhetore*, nomina Transfugarum suorum, qui adhuc apud Romanos fuerant, ut erant in charta descripta, Scribas (*f*) recitare jusserit: nam si hujusmodi res scriptis curavit complecti, quanto magis credendum est, eundem Leges quoque, tam solenniter nutu suo emanatas, in Literas referri curavisse: maxime, quod memorati Scribæ Attilæ Regis, Legum Romanarum non poterant esse ignari, ex eoque, dubio procul, etiam cum Rege suo de his conferre, simulque ad conscribendas ad imitationem Romanorum, Populi quoque sui Leges ansam & modum eidem porrigere non intermiserunt. (*g*)

(*f*) *Præ-*

(f) Præcipuus illorum erat Constantius, e Galliis occidentalibus ortus, qui ab Aetio ad Attilam ideo missus erat, ut illi laborem & operam in conscribendis Epistolis navaret, cui deinde & Rusticius accessit, ab hostibus captus, non minore dicendi facultate valens, de quibus vide *Priscum cit. locis.*

(g) Imo Legati quoque Romani, ad Attilam missi, teste eodem Rhetore, sæpiissime ad Leges Romanorum se provocarunt. Ita ubi Attilam male habuisset, quod Theodosius dicto Constantio in matrimonium promissam Saturnelli filiam alteri despondisset, eaque de causa satisfactionem is ab Imperatore petiisset, expeditis idcirco Legatis inter cætera id mandatum fuerat, ut Attilæ dicerent, Conflantio nuptum datum iri puellam, minimæ Saturnelli filiæ genere & opibus inferiorem. Illam enim minime gratum hujusmodi Matrimonium habuisse, itaque secundum Legem alteri nupsisse; nec enim apud Romanos fas esse, Mulierem invitam Marito collocare.

§. 5.

Sed contrariam tueri videtur sententiam Compilator Juris Consuetudinarii Tripartitalis, Stephanus de Werbötz, in *Præfatione ad idem Jus Tripartitum* hoc modo scribens: *Quæ quidem res,*

mea ut fertur sententia, eo gravior futura est posteritati, quo Atavi, progenitoresque nostri ab Institutis ejusmodi videantur alieniores fuisse. Gens enim nostra a prima ipsa nascentis Imperii origine Rebus duntaxat bellicis intenta, ceteris Disciplinis minus videtur incubuisse. Et brevi post: quo factum est, ut ad Leges ipsas, vel exactiore cura sancendas, vel maturiori examine promulgandas, nec otium, nec tempus satis idoneum superfuerit. A quo non longe discedit Conrad. Sam. Schurczfleischius, celeberrimus ille Vittembergensium Historicus, in *Dissert.* quam *Hungaricam* appellavit, §. 9. in Notis hæc habens: Cum quoad respiciam Res Hunnicas, nihil inveniam Constitutionum Hunnicarum. Verum Werböczium quod attinget, is non simpliciter affirmat, Hunnos nullas condidisse scriptas Leges, sed id tantum innuit, quod ob bellicam ipsorum vitam a Disciplinis quibusvis, adeoque & Legibus ipsi videantur alieniores; imo nec otium, aut tempus satis idoneum ad hæc perficienda iisdem extitisse; unde illud certe

certe nullo modo inferri poterit, ipsos ab hoc instituto prorsus fuisse alienos, nullumque plane tempus habuisse. Deinde Werböczius non tam Hunnorum vettusto Juri investigando, quam Consuetudinibus & Legibus illis temporibus observatis compilandis vacabat, ut adeo eo in passu nec certi quidquam ab eodem expectare liceat. Ipsa autem Schurczfleischii assertio veritati superius explanatae tanto minus obesse potest, quod nuda tantum sit, nulloque idoneo fundamento comprobata, ut adeo locum obtinere nequeat. Nec etiam valide sic posset duci consecutionis filum, quod, siquidem ipsem in dispectione Rerum Hunnicarum, nullas reperierit Constitutiones Gentis hujusce Nominis, ergo eadem nullas etiam habere debuerit Constitutiones vel Leges scriptas, contrarium manifeste docentibus antea laudatis Testibus.

§. 6.

Quodsi vero quispiam ex eo Hunnis Legum scriptarum gloriam & usum in controversiam sumere niteretur, quod

impræsentiarum nullum de his fragmentum produci possit, ac ipsi quoque melioris Notæ Scriptores, qui Rebus illorum propinquiores fuere, ea in parte prorsus tacere videantur: illi ego, quoad primum quidem objectionis hujus membrum, respondeo: non posse formari validam consequentiam, Rem, quæ nunc in suo priori esse revera exhiberi nequirit, antea quoque in Rerum Natura non fuisse. Hoc enim concecco principio, innumerarum profecto Rerum, quæ jam actu dari non possent, licet antea omnino præfuerint, existentiam primævam negare necessum foret, quod ipsum tamen, quantam involveret absurditatem, saniiores judicent. Quinimo in hanc ridiculam venire deberemus sententiam, solas hasce scriptas Attilæ Leges ab insultibus tinearum, blattarum, Vulcani, invidorum, hostium & trecentorum plurium fatorum, quæ hujusmodi laudabilia sectantur Monumenta, speciali Privilegio fuisse munitas, ut de magnis illis vicissitudinibus nihil nunc dicam, quæ, Attila ex hac vita deleto, successores ejus, ac probabiliter ipsas

ipsas quoque Leges ejusdem, exceperunt. Sed nec altera Objectionis hujus particula, a silentio Scriptorum petita, magnam merbitur considerationem, tum, quod argumentum hocce nimium claudicet, tum etiam, quod Scriptores isti, quibus potissimum *Fornandes* signa ducit, ex innato erga Gentem saepe dictam odio, & vel maxime ipsum Attilam, Res illius gestas atro potius notaverint calculo, quam ut ejusmodi gloria Instituta, memoriæ prodita voluerint.

S. 7.

Jam igitur ultra probabilitatis modum apparere censeo, Hunnos temporibus magni illorum Regis Attilæ suas habuisse scriptas Leges, (h) quas etiam, quin idem toto vitæ suæ curriculo quam exactissime curayerit observandas, pro Authoritate sua Regia, non putaverim ambigendum; post fata tamen Attilæ etiam Leges istæ, cum reliquo Attilæ splendore vim fatorum inevitabilem expertæ sunt. Quanquam enim succendentibus illi duobus Filiis, Dengizichio & Irnacho, ac Imperio

rium Paternum manutenentibus, (*i*) paternarum quoque Legum vigorem tantisper conservatum fuisse, utique videatur opinabile: his tamen partim imperfectis, partim etiam subjugatis ab Exercitu Romano, hincque universo Hunnorum Regimine in nihilum & confusionem, cum maxima dispersione conjunctam, deducto, facile est ad intelligendum, etiam Legum Attilanarum autoritatem in fumum abivisse, Hunnosque, qui taliter vel in Pannonia remanserant, vel in finibus Daciæ sedem sibi fixerant, vel etiam patrios lares repetierant, illas potius pristinas Consuetudines suas, quibus tempore Aristocratico-Democratici Regiminis illos inhæsse, supra ostendimus qua Reipublicæ suæ jam magis conformes, & forsitan quidquam ex præmissis Attilæ Legibus, moribus suis non adversis, usurpavisse & observasse.

(*b*) Quæ, quod bonæ, salutares & quieti privatorum admodum conducibiles fuerint, effectus ipse docuit, quem idem *Priscus cit. ll.* commemorat: *qui enim, inquit, apud Scythas* (ita vocat Hunnos) *degunt, tolerato bellorum labore,*
abs-

absque ulla sollicitudine vitam peragunt, tum unusquisque bonis, quæ sibi fortuna indulxit, fruitur, neque quispiam illi ulla in re, ne minima quidem, negotium exhibet, aut molestus.

(i) Plene id docet Ottrokotsius, in *Origg. Hung.*
P. 1. C. 4. pag. 134.

§. 8.

Quo quidem Consuetudinario Jure, non tantum in hac dispersione, verum etiam, dum collectis deinde viribus, iterata vice in Pannoniam emigravissent, ac tandem tertio quoque adventu suo Jure quasi quodam postliminii Hungariam occupassent, eosdem & quidem tamdiu, quoadusque paganis adhuc tenebris involvabantur, omnino gavisos fuisse, res ipsa nos dubitare non finit. Quo tamen proprius accedebant ad agnitionem Religio-
nis Christianæ, (k) eo laudabiliores semper Consuetudines, Morum quoque anti-
quorum emendationem secundantes, eos-
dem imbibisse ac sectasse, (l) tanto mi-
nus negari potest, quanto certius est apud
omnes sanioris Doctrinæ cultores, auge-
re bonos mores confortia bona. Et ista

B 5

qui-

quidem erat facies Consuetudinum Juriumve Hunno - Hungaricorum in Paganismo.

(k) Notabile est, quod de Principe Hunnorum Avarum ex Menandro adducit idem *Ottrokotsius*, d. P. I. c. 5. §. 33. nimirum *Chaganum* super sacrum Dei Codicem maxima cum reverentia multoque tremore Juramentum præstisset, unde etiam eundem ab acceptanda aliqua bona Christianorum informatione in Fide Christiana, si Doctorem habuisset, alienum non fuisse, non sine ratione collimat. Ego vero ex hac Chagani proclivitate & submissione illud, nec forsan temere, conjicio, multas quoque laudabiles Consuetudines ex Commercio istarum Legationum, cum Christianis habitarum, a se observatas, populo suo eundem communicasse, ac fortasse & ad imitandum proposuisse.

(l) Legendus hoc Libellus: *Status Reipubl. Hung.*
C. 3. p. 116. in f.



SECTIO SECUNDA.

De Legibus Hungarorum a tempore receptæ Religionis Christianæ, usque ad Compilationem Decreti Tripartiti, sub Vladislao II. suscep- tam.

§. I.

Poste aquam vero Hungari, qui ante Hunni vocabantur, (†) Divina favente Clementia, e profana Hunnorum impietate magis magisque resipiscentes, ad ea, quæ ipsis ad bene justeque vivendum necessaria videbantur, inclinari ac vel maxime, dum jam Fidei Christianæ Sacris initiari occœperant, honestas quasvis opservassent Confuetudines; hinc Leges quoque, seu Jus quoddam Municipale, sibi duntaxat proprium, statuerunt. (a)

(†) Ne-

(†) Negat hoc, pro more suo, atque Hungaros ab Hunnis natione & nomine diversos asserit *Conr. S. Schurtzfleischius*, in *Proposit. Histor. Geogr. dissert.* 61. inclusis, itemque in *Dissert. Hungarica* §. 10. sed detexit erroris hujus lapsum originemque *Ottrokotsius* toto *Cap. 6. d. Tr.* simulque accuratis & magnis argumentis edocuit, Hungaros illos, qui tertio appulerunt in Pannoniam, ejusdem esse originis, linguæ & nationis, cuius fuerunt Hunni Avares, & ante hos Hunni peculiariter sic dicti. Eandem sententiam profitentur *Mart. Szentiványi*, *Curios. & selecl. variar. Scient. Miscell. Decad. 2. P. 1. dissert.* 4. §. 7. & *Dn. Matth. Belius*, in *Prodromo Hung. Antiquæ & Novæ*, novissime cum insigni Hung. Literatæ applausu ac commodo Nōrimbergæ edito, *Lib. 1. Sect. 1. cap. 1.*

(a) Recte sic scribente *Kitbonitsio*, in *Processu Judicario Jur. Hung. Cap. 1. Q. 12.*

§. 2.

Et primo quidem Apostolicus illorum Rex, *Sanctus STEPHANUS*, antiquos & sui temporis Augustos imitatus, (b) Anno recuperatæ salutis 1035. (c) præclaras edidit Constitutiones, tribus *Libris* comprehensas, ac in certa *Capitula* dispertitas, quæ tamen Fidei magis

Rudi-

Rudimenta, quam Litium fomenta complectuntur, (d) id quod ex accuratiori illarum inspectione clarum evadit. Primus namque Liber, ad Emericum Ducem, filium ejusdem, directus est, ac Documenta quædam, Præcepta, Consilia, & Suasiones paternas, (e) quibus tam vitam illius propriam, (f) quam subiectorum suorum mores exornari volebat Rex devotissimus, exhibit, uti principiu[m] ejusdem Libri claris verbis ostendit, ac ipsæ quoque Capitulorum inscriptiones, v. g. *De continendo Ecclesiastico Statu*; *De impendendo honore Pontificibus*; *De observatione Iudicii & Patientiæ*; *De detentione & nutrimento hospitum*; *De observatione Orationis*: *De Pietate & Misericordia*, cæterisque Virtutibus &c, abunde testatum redderent. Ita & secundus Liber, (g) qui prævie notato Anno in Synodo Tholnensi promulgatus erat, maximam partem Ecclesiasticas Res concernit, quamquam negari nequeat, nonnullas etiam Civiles Leges eundem ingressas esse, quod pariter ex Inscriptionibus, v. g. *De homicidio casuali & vo-*

luntario : de Donatione Regis & Privatorum : & similibus , luculenter apparet. (h)

(b) Ita sonat principium, *Cap. 1. Lib. 2. Decr. ejusdem.*

(c) Rnd. Sam. Timon, Jesuita ; in *Synopsi Chron. Regn. Hung. Dalm. Croat.* pag. 6. Anno jam 1016. conditas & hoc demum anno promulgatas afferit.

(d) Rationem hujus Instituti, in ipsa rei veritate fundatam , curate delineavit Albricus , in *Præfatione ad Decreta Colomanni Regis.* Nam quis, ait, ambigat a Sancto Patre nostro Stephano, *Viro* quippe *Apostolico*, Legem populo nostro datam, in quibusdam austriorem, in quibusdam vero tolerabiliorem , in his quoque intensius vindicantem , atque in aliis remissius indulgentem, nec quemquam tamen absque disciplinæ verbere dimittentem , cum prædestinationis tempus nullum adhuc verum adduxisset fidis sponsorem, nec hoc quidem præter divine dispensationis respectum credi, nefas est: nam cum tempore prædicti Regis universum Regnum ejus barbaricis inserviret cultibus , ac ruidis coactusque Christianus contra commonitorum sanctæ fidei simulacrum adhuc recalcitravet, adhuc contra pænitentialia ultricis virgine verbera remorderebat, opera pretium erat, ut sanctæ disciplinæ coactio infidelibus quidem ad conversionem fidei, sed conversis fieret ad Iustitiam pænitentiae.

Quod

Quod autem hæ ipsæ Leges maximam partem e sacris Literis desumptæ fuerint, bene ostendit Mich. *Pancratius de Traçlat.* Secl. I. §. 17. Adde, si lubet, Bonf. *Dec.* 2. *Lib.* I. p. 120. & Casp. *Ens. Rer. H.* *Lib.* 2. pag. 39.

(e) Petr. de *Reva*, *Cent.* I. pag. 3. Instructionem paternam vocat, cuius etiam succinctam & elegantem Epitomen ibidem exhibet.

(f) Erravit igitur Dan. *Kleßebius*, dum isthac Decretum ad Petrum, Stephani successorem, directum fuisse tradit, in *superpondio*, *Dissert. de Jure Peregrinan:* adjeſto.

(g) Nota ex Cap. 33. hujus *Libri*, vocabula Diætæ aut Conventus hoc tempore in usu non fuisse, sed *Concilii* vocem illarum loco obtinuisse, quam dubio procul a Conciliis, de Reb. Sacris celebrari solitis, mutuati sunt.

(h) De cunctis Legibus ligato sermone sic cecinit Hieron. *Balbus*, condam præpositus Ponsonien :

*At Stephanus veterum laudes egressus avorum,
Attulit optatam providus Author opem.
Qui nunc Pannoniae prescribit Jura feroci;
Armaque sulta sacris Legibus esset jubet:
Ille aperit Regni triplici Decreta Libello,
Et notat ambiguo Jura tuenda foro,
Atque docet mores, longo servavit ab aeo
Quos Scytha, Cæsareis Legibus esse pares:
Et que vix poterant numeroſo codice claudi,
Sedulus in paucas digerit ipse Notas.*

Non parum tamen genio suo Poëtico hic illum indulsisse, certum est. Est enim in aprico, fere nullas Hunnorum Consuetudines, Legibus Stephani insertas, multoque minus Cæsareis Legibus easdem esse conformes. Sed condonandum est aliquid Poëtæ, illi maxime, qui piam, ut credo, in laudibus Stephani concelebrandis, habuit intentionem.

§. 3.

Atque his sancti Stephani Legibus hoc tempore in Causarum Processibus potissimum utebatur Hungaria, ad quarum tamen latera etiam Canonici Juris Doctrinas in Casibus necdum decisis eandem adhibuisse, ex diversis dicti secundi Libri Capitulis, & imprimis 2. & 3. ad autoritatem & disciplinam Canonum se provocantibus, non obscure colligere possumus; quinimo multas adhuc præterea in Judiciis Normæ loco eotum frequentatas fuisse Consuetudines, dubitari non potest, maxime, quod in allegatis Stephani Legibus, ut jam supra monitum est, pauci admodum Casus Civiles sint comprehensi.

§. 4.

§. 4.

Stephanum Regem, PETRUS ALEMANNUS, e Sorore ejus, Gysela, & Burgundiorum Duce, Gvilielmo natus, excepit, quo regnante novellæ ac in ipsis pene cunabulis constitutæ hæ Leges, novam statim, sed adversam & asperam expertæ sunt fortunam. Sicuti enim in universum omni opera id agebat improbus hic Princeps, ut Regno Nominique Hungarico fœdissimam adferret labem, ita nec Legum pientissimarum Religioni, licet eapropter ab Henrico III. Imperatore, cuius videlicet ope in Regnum restitutus fuerat, serio & solenniter commonitus, (i) quidquam parcendum voluit, estque eo insolentiæ processum, ut nulla jam superesset Legum & Judiciorum imago, (k) præfertim, quod Hungari, insolentiæ intemperantissimi Regis hujus pertæsi, *Andrea & Leventa* e Roxanis in Regnum vocatis, Religionem Christianam, adeoque & Leges eandem stabilientes, prorsus exterminatas, pristinamque Scythicam Idololatriam introduc tam,

ctam, unanimi conatu contendebant, transmisso ea de causa ad Castra Regis Petri per tres Aeneatores terribili ac barbara ferocitate digno Edicto. (l)

(i) Ita enim Petrus de Reva, Cent. I. pag. 4. pace, ait, inter Regem & Hungaros conciliata, Petrum, ut juste postea imperaret, admonuit, Hungaris, ut Leges, Decreta publica & Judiciorum ratio integra essent, voluit, id illis ab eo postulantibus. Non igitur animo meo concipere possum, qua fide scribat laudatus Sam. Timon: Imperatorem Henricum III. dum Petrum in Regnum reposuisset, * Lege Bavaria donasse Hungaros. Certe apud Historicos nostros, quotquot scio, altum de his silentium, imo contrarium potius, tam ex his, quam & Thuroczio manifeste constat, & quod palmarium est, in Legibus Patriis nulla hujus rei vestigia reperiuntur; neque id quidem probabile mihi videtur, quod Hungari alioquin etiam parum gratam habuerint Petri restitucionem, ab Henrico adornatam, adeoque multo minus Leges Bavarias, tanquam occultum Imperium & Clientelam minantes, acceptare voulisse, presumendum sit, vid. Bonf. citt. II. & post illum plures alii. Utinam vero fontem ejusmodi asserti sui non subticuisset Author, accusationis exactæ laude alioqui dignissimus, ut ita penitus licuisset investigavisse veritatem.

(k) Tu-

(k) Tulerat quidem & ipsem novas quasdam pro arbitrio suo Leges, quas tamen *Aba*, eodem abdicato in Regem coronatus, illico exscidit, antiquavitque, alias illarum loco promulgando, referente *Bonf. Dec. 2. Lib. 2. p. 131.* quamquam & harum nulla supersint vestigia, forte ex eo, quod *Andreas Rex*, publicato deinde, de observandis S. Stephani Legibus, Edicto, etiam hasce Leges ita sustulerit.

(l) Habetur illud, *Dec. 2. Lib. 1. p. 134.*

§. 5.

Et certe ad paganas taliter tenebras rursus delabente populo Hungarico, de ipsis quoque Legibus Christianis omnino conclamatum fuisset, nisi ANDREAS I. Regio Diadematate posthac redimitus, cum jam rerum omnium potitum se esse cognovisset, severa & rigorosa eapropter per totum Regnum promulgata Sanctione, easdem denuo in integrum restituisset. Describemus illam melioris notitiae causa, ex Bonfinio. (m) Ita vero se habet: *Quicunque Hungarus, Hungariceve Incola, peregrinusque frequentans, deposito pagano ritu, ceremoniisque Scythi-*

thicis abrogatis, quas Rex, quia usus
ita postularat, paulo ante permiserat, ad
veram JESU Christi Fidem e vestigio non
redierit, ac sacram Legem a Divo Rege
Stephano traditam non receperit, capitai-
lis esto. Vicus, oppidum & Civitas
quæque, demolita Templa, Basiliacasque
reficito. Pontifices Collegiaque Sacerdo-
tum pristino more observato, & pareto.
Christianorum ritus revocato. Profanas
ceremonias falsosque Deos exigito. Eorum
simulacra demolitor. Si quis magnis veris-
que Numinibus ac Sacerdotibus maledixe-
rit, feceritve, Deum hominumque hostis
esto. Si quis Sacra legerit, lecta con-
tinuo restituto: quicunque sacro, vel quo-
vis alio humano sanguine manus fœdarit,
commissa piacula expiato. Hungarus de-
mum quisquis cœdibus, latrociniis, ac
cœtera denique vi & injuria abstineto.
Sanctionem igitur hanc quicunque con-
tempserit, adversusve iverit, capitis ac
rerum omnium reus esto. Apparet simul
exinde, qua in parte priscas Sancti Ste-
phani Leges vel confirmaverit, vel adau-

xerit, *Andreas*, ut supervacaneum non fuerit, hæc plenius apposuisse.

(m) *Dec. 2. Lib. 2. p. 136.* addatur *Ensis*, *Lib. 2. p. 46.* R. H. Exstat quoque illa in *Corpo* *Jur. Hung. fol. 14. Nov. Edit.*

§. 6.

Isthæc pia ANDREÆ vestigia tanto majori demum laude preffit, successor & frater ejusdem germanus BELA, Primus hujus Nominis Rex, quod non tantum ante declaratas sanctiones in suo viridi conservasset vigore; verum etiam, parto jam suis otio dulcissimo, inclinatem Reipublicæ Statum novis quoque nec inutilibus Legibus redintegraverit. Imprimisque, ut docet *Petrus de Reva*, (n) fœneratorum avaritiam coercendam judicabat, quos bella & peregrinorum hominum, quorum Petrus usus esset opera, colluvies pepererat, hi namque usuris involvebant & premebant, quos suis artibus circumvenissent, Mercaturæ Leges instituit, Numismata, quæ meliora & e re omnium essent, ex nobili Auro at-

que Argentō dedit, ac Aureos byzantios, quorum unus quadraginta valebat argenteos nummos, in Regnum admisit, imo & fora ac Rerum venalium pretia limitavit.

(n) *Cent. I. pag. 5. Cui addendus Bonf. Lib. III. Dec. II. p. 140. & Bakschai, in Chronol. Reg. Hung.* Nec minus eleganti, quam digno encomio isthoc boni Regis institutum stylo, quem dicunt, *lapidari*, prosecutus est Rn. Steph. Tarnoczi, in *Vita S. Ladislai*, filii Belæ, *Viennæ Austr. 1683.* edita in 8. dum sic loquitur: *Nam illæ armicolas in agricolas transtulit Patriæ incolas, Martemque docuit doméstico servire labori, enses in uomeres, gladios in ligones, utili prorsus Metamorphosi transferendo. Sic improbus labor sub probo Principe crevit. Nemesis modum statuit, vindictas coéravit & Justitiæ bilancem ad pondus reduxit aequitatis.*

§. 7.

Sed quæritur, qui factum sit, quod hæ Leges Belæ in Corpore Juris nostri non habeantur, cum tamen in *Titulo 2do. Partis II. Operis Tripar.* manifeste definitum sit, hujus Regis Literas & Privilegia, adeoque & Leges suam in Judiciis ha-

habere firmitatem? Ipse met profecto sat-
tis id mirari nequeo, ac hinc, salvo ta-
men rectius docentium judicio, hujus sum
opinionis, ejusmodi Leges Belæ non tam
in forma Legum Conventualiter, ut fieri
affolebat, latarum, promulgatas, sed cer-
tis duntaxat Literis Privilegialibus, pro
parte Mercatorum emanatis, ac etiam
Liberis Regiisque Regni Civitatibus id-
circo submissis, comprehensas, taliterque
etiam fora ac Rerum venalium pretia fu-
isse limitata. Nec enim video rationem,
quare Leges aliæ hujus Regis, si quæ fu-
issent, e dicto Juris nostri complexu,
debuissent excludi, præprimis, quod Hun-
garia pio & salutari ejusdem Regimine,
uti felicissima, ita & contentissima fu-
erit. (o)

(o) Ut docet Petr. de Reva, cit. l. & Bonf. ibi-
dem.

§. 8.

Post interitum Belæ, Andreæ Re-
gis filius, SALAMON, tertia quoque vi-
ce Sceptro ac Diademate Regio potitus

C 4

est,



est, qui tamen Legibus jam latis nullum attulit augmentum; imo, si admovisset quoque animum huic negotio, frustranam tamen navasset operam: cum quælibet Decreta & Privilegia ejusdem, tanquam nulla firmitate munita, in irritum transierint. (p)

(p) *Lege d. Titt. 14. Par. 2. Op. Trip.* Rationem ipsam hujus non observationis, his Verbis exprimit Petrus de Reva, *Cent. 1. p. 6.* quod hic triplicatus Coronationis ejusdem Actus, quasi monstrorum quiddam a legitima & Ordinaria Regum Inauguratione toto Cœlo discreparet.

§. 9.

Qui interea Rex Hungariæ declaratus erat, GEYSA I. ob singularem & pio prorsus Rege dignam resipiscentiam suam, respectu quidem Theologico, *magnus* dici merebatur, teste Bonfinio; (q) sed in promovenda tamen Legum Ministerio Justitia, vere *exigui* Nominis gloriam Posteritati reliquit, qua in parte brevitate Regiminis sui, ut opinor, præpeditus, suam utique merebitur excusationem. (r)

(q) *Dec.*

(q) *Dec. 2. Lib. 4. p. 155.*

(r) *Dn. Sam. Timon d. Libro tradit: ob delusum bono dolo Cæfarem, scil. Henricum, eundem Magnum fuisse appellatum, non apposito hujus Historiæ Authore. Ego lubentius inhæserim Bonfinio, rem omnem plenius excutienti, cum quo tamen ita conciliari posse præmissa putarem, si nimirum hæc Geyſæ resipiscentia fucata censatur, ut per eandem tertiam Regni partem obtinere potuisset, ac ita Cæfarem deluserit; nec tamen probabile est, propterea Magni nomen illi fuisse datum.*

§. 10.

Tanto majorem vero gloriam sibi comparavit *Pii cognomento* (s) insignitus & revera *Pius Rex LADISLAUS I.* ex eo, quod & in dicendo Jure hoc temperamento usus fuerit, ut non minus *Justus*, quam misericors reputaretur, (t) & etiam Leges optimas, (u) ac ad imitationem Stephani I. in tres pariter *Liberos* sub nonnullis *Capitulis* dispositas, constituerit. Quæ tamen, si penitus inspiciantur, non procul discedunt ab instituto Legum Stephani Regis, supra ex-

planato, magisque Institutiones quasdam Religionis Christianæ exhibent, sive ut *Werbæczius* loquitur, magis de Divina, (v) quam humana Lege disponunt. Quod imprimis de Libro I. intelligendum est; Libro enim II. & III., diversæ etiam Civiles Leges, & fere omnes contra fures, ac illos concomitantia accessoria, statutæ reperiuntur. (x)

- (s) Ob plurima piëtatis opera id Nominis indeptum fuisse Ladislauum, scribit probatque d. *Tarnoczi*, *Lib. cit. Elog.* 27. ibi: *Ladislauum cum satis laudare nequivet populus, dixit Pium.* Præterea tamen etiam *Christianissimi Regis cognomine insignitum fuisse Ladislauum, principium Lib. I.* testimonio esse poterit.
- (t) His pene verbis laudes illius illustrat *Bonf. d. l. p. 156.*
- (u) A. Dni. 1092. 13. Kalend. Junii in *Synodo Zabolcsen*, publicatas.
- (v) Ecclesiasticas Leges hoc nomine accipit *Werbæczius*, par. 2. tit. 6. siquidem de his maximam partem agit *Liber I. v. c. de Episcopis, Abbatibus. Presbyteris*, de observando die *Dominicorum & aliis Festis diebus*, qui hinc Decretales vocantur in Jure Patrio. Vid. *Kitthon. d. Processu Jud. C. 4. Q. 12. & Art. 29. Anni 1723.*

(x) Ma-

(x) Magnam eo tempore furum copiam in Hungariam irrepsisse, e tot rigorosis animadversiōnibus & pœnis, in illos his Libris statutis, edocemur. Inter cæteras observatu admodum digna mihi videtur ea, qua determinatum erat, ut si quis ultra pretium galinarum in furto deprehensus fuerit, quisunque tandem, *et si Principi proximus fuerit*, sive se receperit ad Ecclesiā, suspendatur. Nec enim opinabile est, illos, qui Principi proximi esse solent, tanta egestate laborare, ut illicitis hifce remediis res vilissimas sibi comparare, necessum habeant.

§. II.

Inde vero, quod hactenus emanatae Leges non adeo ad forensia & Civilia Negotia extendebantur, ac etiam paucitate casuum laborabant, factum est, ut Jus Canonicum his quoque temporibus in subsidium fuerit vocatum, docentibus id ipsum: i. 20, & 21. *Capitulis dicti Libri primi.* At nec Canonico tantum Juri præcise & unice locus dabatur, verum penes illud etiam *juxta rationis sanæ intelligentiam*, quam Jus Naturæ dixeris, processum fuisse legimus. Ita enim

ex-

expressis verbis habetur in Capitulo 4. ut si Episcopus aut Archi-Episcopus ab illi-
citis Conjugiis separari nolentibus, spredo
Synodali Decreto, consilium & consensum
præbuerit, aut eis Ecclesiam dederit,
aut aliquid, quod ad Ordinem pertinet,
agere permiserit, a Rege & Episcopis su-
is *** secundum quod rationi rationabi-
le videbitur, dijudicetur; sic & Capitu-
lo 13. definitum est, ut si quis Uxorem
suam cum alieno Viro adulterantem in-
terficiens, a propinquis feminæ super in-
juste eidem illata nece impeteretur, cir-
cumstantiæ anteactæ cum Marito vitæ
bene investigentur, ac ejusmodi contro-
versia * secundum id, quod rationabile
videbitur, decidatur. Quid? quod ipsa
etiam Voluntas Regia certis in Casibus
pro Lege servabatur, sicut Capitulum 15.
Libri 3. indigitat, quo cavetur, ut si
quis Episcopus Regis aut Principum Man-
data fregerit, *** secundum Volunta-
tem Regis judicetur.



§. 12.

Imitatus deinde Ladislai vestigia
COLOMANNUS, præfertim cum propter
Bella Civilia, illis temporibus ferventia,
paternis Traditionibus jam magna ex par-
te solutis, Regni consilia labefactari, Cu-
riæque honorem vilescere cerneret, ade-
oque timendo, ne miles insolens pacis,
domesticus tamen Virtutis hospes, irre-
vocabilis fieret iniquitatis, congregatis in
Concilio Vercelino, circa Annum 1053.
instituto, Regni Principibus, eorum con-
sultu legalem sanctæ memoriæ Regis Ste-
phani textum, non solum publice perlegi
curavit renovavitque, sed aliis quoque
eidem additis sanctionibus, (y) certis in-
scriptionibus inclusis, locupletavit. Ve-
rum & de his Colomanni Legibus idem
fere censendum esse judico, quod antea
de Decretis Ladislai & Stephani pluribus
est comprobatum: nimirum primitias ma-
gis Legum esse, quam Leges ipsas solito
ac pleno sensu acceptas, potiusque vitam
& exercitia Clericalia, quam Res Laico-
rum Civiles concernentes, quod vel cur-
foria

foria illarum dispectio quemlibet edocere potest. Quam etiam Causam fuisse puto, quod *Werböczius* Historiam Legum, a cæteris Regibus sanctitarum, *Titulo 6.* *Part. 2. Op. Trip.* breviter recensens, de his Colomanni (z) Constitutionibus nullam faciat mentionem. In hoc autem Legum Civilium defectu, præter Jus Canonicum etiam Consuetudines longo usu roboratae observabantur, quod *Petrus de Reva* non obscure videtur innuere, qui principium Centuriæ II. ubi de Colomanno dicere constituerat, ita exorsus est: *hæc vero Res summæ dignitatis felicitatem semper attulit Majoribus nostris; quod apud Hungaros, plus boni Mores valuere, quam apud alias Gentes bonæ Leges valent.*

(y) Has ut *ex Præfatione* elucet, ex Mandato Archi-Præfulis Strigoniensis. Seraphini, in stylum & ordinem redigit *Albicus*, quem Ecclesiastica dignitate conspicuum fuisse, prima Præfationis verba innuunt, quibus se *unum ex minimis, servum tamen sanctitatis in palatio cœlestis contemplationis nuncupatum*, dicit. In hac ipsa Præfatione Colomannum, columbinæ gratiæ simplicitate cum omni Virtutum discretione præditum, declarat Albri-

bricus, quod latere non debebat haud satis
æquos omni ex parte ejusdem obtrectatores,
nisi forte dicendum sit, Albricum Præfationem
hanc, tanquam Regi suo exhibendam, studio
sic concepisse, ut nimirum eidem se commen-
dare posset, ac adeo suspectum testem haben-
dum esse, quod ipsum tamen, uti sine injuriæ
nota vix fieri potest, ita & alii mitius de Co-
lomanno sentientes, verbis illius fidem faci-
unt; inde enim D. Timon in *Vita hujus Regis*
dipl. Lib. inquit: *vix tam monstrosum corpore at-*
que animo fuisse Colomannum, quam depingitur.
Adhæc Regem quoque *Christianissimum*, eodem
loco illum salutat, manifesto arguento, *non*
solis Galliæ Regibus bunc Titulum proprium fuisse,
quod pluribus quoque exemplis comprobavit
Bekmannus, in *Not. Dignit. Illustrum Dissert. 2.*
C. 2. §. 4. idem supra de Ladislao Pio obser-
vavimus.

(z) Ante hunc Regem in titulo Regali Decr.
hæc observabatur clausula: *Divina favente Cle-*
mentia; sed Colomannus primus fuit, qui *Dei*
Gratia Regem se scripsit, imitatus in hoc quo-
que reliquos Reges Christianos, quem deinde
& reliqui Reges continuata serie imitati sunt;
imo & Archi-Episcopus Strigonien. hoc tem-
pore eodem titulo utebatur, uti ex dicta Præ-
fatione luculentum evadit.

§. 13.

Gubernatio STEPHANI II. Regis, qui Colomanno successerat, uti Regno parum salutaris fuit, quod Sacrae Coronæ Studio & Decori non satisfecerit: (a) ita nec augmentatione Legum Posteritati se commendavit. Cujus laudes, utinam dignas, non longe excesserunt eundem excipientes Reges, usque ad tertium ex ordine BELAM: (b) sub cuius nempe felicibus auspiciis omnia, quæ antea confuse agebantur, in ordinem sunt redacta, Judiciis nomina, tempus, diesque Judiciorum certi dati, vi atque injuria depresso, querimoniarum ostensus locus, qui Regis Clementiam requirent; mos quoque supplicandi, qui hucusque deerat, constitutus est: *Regem enim audire & salutare moris erat, cæterum per supplices Libellos agere jussi, expectareque Negotiorum suorum exitum, de Regis sententia apud eos, quorum curæ hæc fuerant commissa.* (c)

(a) Legatur Petrus de Reva, Cent 2. p. 10. R. H.

(b) Lau-

(b) Laudatur equidem a *Bonfinio* Belæ II. sive
 cæci Regis in consultando ac deliberando Ju-
 stitia & Constantia , adeo , ut varias ad Rationis
 Tribunal sententias citare visus fuerit , &
 illius Imperio intentus matura Responsa & De-
 creta , haud aliter ac Oracula exspectaverit ,
 ac in consultatione quaque gravissima , Deum
 Patronum , Consiliarium ac Judicem , ne quid
 inconsultum ageret , invocaverit ; imo gravis-
 sima quoque in latrones & sicarios Edicta pro-
 mulgaverit , taliterque vim ac injuriam passim
 inhibuerit , *Dec. 2. Lib. 6. p. 179.* Verum Leg-
 um ab illo fancitarum nulla nobis extant
 monumenta , ut adeo in catalogum Legislato-
 rum digne referri nequeat ; idem & de *Stephano*
 III. quem *Bonf. pag. 188.* captandæ popularis
 auræ gratia multa Edicta dedisse , refert , tè-
 nendum est .

(c) Commemorat hoc ipsum *Bonfin.* *Dec. 2. Lib.*
8. , quem propterea lubet audire : itaque post-
 quam Belam coronarunt , mox quisque publico Edicto
 est admonitus honestæ vitæ , ac peccandi est inhibita
 vulgo licentia . Post Edictum , quum fures , sicarii
 & latrones multi , qui diu facinoribus occalluerant ,
 nequaquam se abstinerent , magna severitate extremis-
 que suppliciis mulctati sunt , unde tantus facinorosos
 metus incessit , ut se imposterum nimis coercuerint :
 Et cum Reges antebac promiscue ac immodestius ab
 hominibus adirentur , auresque indoctæ multitudini ac-
 commodantes , modo garrulitatis fastidio , modo lo-

quendi inscitia afficerentur, neque gravitatem pro dignitate servarent, neque distincte Judicia enunciarerent: hinc factum est, ut Bela primus petitionum ac precum formulas instituerit, ex Imperatorum Pontificumque more, & duos precum Ministros adsciverit, qui quotidianas petitiones ei secreto legerent, rescriptaque manu Regia responsa referrent, unde optimus Judiciorum & Gratiarum mos tunc Hungaris introductus. Legendus quoque P. de Reva, d. Cent.
p. 12.

§. 14.

Invictissimus deinde Rex ANDREAS II. quem *Hierosolymitanum* vocant, altero post felicem ab Expeditione Hierosolymitana redditum suum Anno, & quidem 1222. egregiarum ac fundamentalium Regni Legum sanctior fuit, quibus Nobilitatem præcipue Hungaricam, hactenus conditionaria quadam servitute Regibus obnoxiatam, (d) ejusque Libertates & Prærogativas, jam plurima in parte diminutas, firmiter stabilivit, hanc insuper periculofam licentiam eidem largiendo, (e) ut si vel ipse met, vel successores illius, istiusmodi dispositioni contraire vellent, liberam habeant facultatem, iisdem,

dem, sine nota cuiuspiam infidelitatis, in perpetuum resistendi, (f) & contradicendi. Unde mirum non est, hasce Leges Andreæ tanta semper veneratione cultas fuisse ab Hungariæ Nobilitate, ut & Reges Andream secuti, priusquam Sacro coronarentur Diademate, inconcussum illarum obseruantiam Jurisjurandi Religione compromittere consueverint, (g) compromittantque in præsentem usque diem, adhibitis tamen quibusdam Cautionibus. (h)

(d) Ideoque *servientium* nomine eotum vocatam.
Tit. 84. P. 1. & tit. 14. P. 2. Op. Trip. testibus.

(e) Quam sincere in seram quoque Posteritatem has Leges suas observari voluerit Andreas, vel ex eo apparet, quod illas in septem exempla referri, ac Regio sigillo suo roborari fecerit,
Art penultimo ejusdem Decreti, teste.

(f) Hæc tamen facultas ex certis & maximis respectibus, *Art. 4. Anni 1687.* declaratis, eodem tempore sublata, eademque Clausula Decreti prorsus abrogata est & semota, vi ejusdem *Art. 4.* Unde etiam Juramentum, quod Gloriosæ Reminiscentiæ Rex *Josephus*, de conservanda Nobilium Libertate sub auspicio

Inaugurationis suæ Regiæ Posonii Anno illo præstitit, ac modernus quoque Gloriosissimus Hungariæ Rex, CAROLUS VI. Anno 1715. itidem tempore felicis Coronationis suæ in hac ipsa Civitate piissime repetiit, hanc in se continebat Cautelam: *Sereniss. condam Andr. Regis Decreta*, (exclusa tamen & sémota Art. 31. ejusdem Decr. Clausula, incipiente: *Quodsi vero Nos, usque ad verba: in perpetuum facultatem*) observabimus, uti ex Art. 1. Anni 1687. & 2. 1715. *Anni patet.*

(g) Vid. Tit. 9. p. 1. *Trip. Conf. Pancratius d. Lib. Seſti. 1. ſ. 36. & P. de Reva*, p. 14. & 15.

(b) Ex Epilogo hujus Decreti observamus. 1. Emanationem Decretorum, cuius intuitu a temporibus Ludovici I. impræsentiarum usque tam Ecclesiasticæ, quam & Seculares personæ, Episcopatus & honores in Regno tenentes, Conclusionibus inseri solebant, eotum V. Clevo tantum fuisse adscriptam, nulla Secularium mentione injecta. 2. Distinctionem inter Archi-Episcopum Strigon. & Colocen. hic enim Reverendus, ille *Venerabilis* dicitur, unde postea gradatim ad Titulum *Primatis Regni* via strata. 3. Titulum, *DEI & Apostolicae Sedis Gratia* iisdem, ut & aliis Episcopis datum fuisse, cuius originationem habes apud *Bekmannum, Dissert. XV. C. 1. ſ. 1. & seqq.* qui tamen non semper accurate observatus fuit, nonnunquam etiam *Dei Miseratione* vocibus adhibitis, uti ex Conclusione

one Confirmationis Legum Ludovici, per Mariam Reginam factæ, appareat. 4. Eotum adhuc viguisse Consuetudinem vetustam, ut & ipse Rex Causas Nobilium, ad se delatas, dijudicet, permissa etiam hac facultate *Filiis Regiis*, a majore ad minorem procedendo *Lege 16ta*, 5. Comitem Palatinum, Banum, Comites Curiales Regis & Reginæ Jobagionum nomine appellatos, quæ tamen vox uti jam eotum, ita & nunc rusticis dari solet. Scilicet verba valent sicut nummi. 6. Videntur Judices Nobilium, sive *Bilochi*, temporibus hisce primum judicare cœpisse, ac non nisi ad pedes Comitis, id est, ad scitum, nutum, ac sub Jurisdictione Comitis, sive ipso mandaute, permittente & revidente. Ante hunc enim Regem vix ulla reperitur mentio Vice-Comitum aut Judicum Nobilium, nisi Pristaldorum, qui tamen nihil judicabant, saltemque Judicia exequabantur, ut liquet ex *Cap. 28, 29, 30, & 31. Lib. I.* Colomanni Regis & vetustissimis authenticis Literis. Erant autem hi *Pristaldi* Executores Judiciorum, non tantum in Capitulis, uti non satis accurate censet *Petr. de Reva, Cent. 4. p. 22.* sed & in aliis quibusvis Judiciis, namque in *Cap. 40. Lib. I. & 13. Lib. 3. S. Ladislai Reg. Decr.* itemque *Cap. 31. & seqq. Colomanni Regis Lib. I.* etiam Regi, Comitibus & aliis Judicibus illi adscribuntur. Cæterum hanc vocem ex ipso Idio-



mate Hungarico, repetendam esse, ut nimirum *Pristaldus idem sit, quod Pereſt Oldo,* hoc est: *Litigantes solvens, non præter rem observat Ottrokocſ. dicti Experim. Seſt. 3. ſ. ultima,* ubi etiam verbum *Bilochi, ex Hungarico plurali Birok ſeu Birk,* hoc est *Judices,* corruptum esse tradit, ac plures ejusmodi obscuriores terminos, in Legibus antiquis occurrentes, e patrio sermone explicat.

§. 15.

Qui Andream Regiæ Successionis ordine suis temporibus exceperunt, fere-nifſimi Reges Hungariæ, utpote BELA IV. STEPHANUS V. LADISLAVS IV. ANDREAS III. VENCESLAUS Interrex, & OTTO, Dux Bavariæ, nullis plane Legibus ornarunt Hungariam, ut hinc idecirco nec in confiderationem quam piam accipi mereantur.

§. 16.

Evidem & CAROLUS, filius Caroli Martelli, ac primus Rex Nominis hu-jus, si Decretum illius Camerale, Anno 1342. in sic dicto festo Purificationis D.

Vir-

Virginis Vissegradii emanatum, (i) ac publicum potius Regni Statum, quam privatorum Causas respiciens, excipias, nullas ejusmodi Leges tulit, quæ publice prostant, tanta tamen illi cura erat Justitiæ, ut quidquid ad tranquillitatem tot annorum Imperii sui eo respectu defuerat, summo studio suppleret. Qua etiam ductus, Fora & Judicia Hungariæ, quæ eotum non sine confusione administrabantur, Processu Judiciario, (k) e Galliæ Regno deprompto, locupletavit instruxitque, qui quidem Processus in Causis inchoandis, prosequendis, discussiendis & terminandis, variatis duntaxat publicis Regni Constitutionibus quibusdam Terminis, ad hæc usque tempora inviolate observatus extitit. (l)

(i) Occasionem huic Decreto dedit M. Impolitus, Castellanus de Arya. Cum enim Rex Comitatum Cameræ Regiæ de Cremnicz, omnesque Comitatus, Districtus, Villas & Oppida ad eundem ab antiquo pertinentia, una cum Decimis Archi - Episcopalibus, erga pensionem octingentarum Marcarum, ut verba Decreti sonant, ad exercendum & procurandum locasset,

hinc eodem tempore de modis & ordine cūdendæ in Regno valituræ Monetæ, cæterisque Rei Monetariæ accessoriis certas & valde necessarias in illo Leges præscripsit,

(k) Intelligitur vero hic Processus de Juridicis terminis, per quos tanquam certos quosdam gradus usque ad decisionem Litis proceditur, quales sunt: *Legitima Citatio*, *solita Parium petitio*, *Exceptiones Jure admissæ & Juridica Remedia*, *veluti: Inhibitio, Repulsio, Appellatio, Novum Judicium, & similia*, Kitthon. d. Cap. I. Q. 9. §. 4.

(l) Hanc Historiam præclare exposuit Petr. de Reva, Cent. 4. p. 22. cuius verba hic addenda: *Et quamvis, inquit, Hungari, ad Caroli usque tempora habuerint Jus quoddam Regni, partim ex Regum Decretis, ac Legibus publico consensu firmatis, ac privilegiis, partim Judicum Regni Ordinariorum sententiis, denique Consuetudine ipsa firmatum, tamen deerat adhuc aliquid ordinis ad complementum hujus Juris municipalis, confusione quedam erat judiciorum & decisionum in Casibus quotidie incidentibus. Fuit, ut unum ex multis addam, apud Gentem Hungaricam investigandæ Veritatis inter partes controversas ratio talis, quod Litigantes de quocunque facto per Comites & Pristaldos in Capitula ad examen ferrri candentis mittebantur, quod alterutra pars ceremoniis præmissis levando, si comburebatur, rea pronunciabatur, sicut illa, quæ porta vit ferrum, justificata. Ob hoc, ferrum illud*

Judi-

Judiciale appellatum, ferrum examinis & probationis. Quam quidem probationem non licebat alibi facere, quam in sedibus Episcoporum, Váradini potissimum & majoribus Praeposituris, ut Posoniensi & Nitriensi. Erat & alia serventis aquæ probatio, ad similem dirimendarum Controversiarum usum adhibita. Sacramentum item Jurisjurandi super sepulchrum S. Regis Ladislai coram Capitulo Varadiensi praestari solitum. Et paulo post, ubi hanc Consuetudinem refutaverat: Cæterum eo ritu probationis, usi fuerunt Hungari per annos trecentos quadraginta, ab anno scilicet nongentesimo sexagesimo nono, a Nativitate S. Regis Stephani, usque ad annum millesimum tercentesimum nonum, quo Carolus est coronatus, qui abolita hac ceremonia, Deo invisa, processum Judiciarium, & usum Processum, in Causis inchoandis, prosequendis, discutiendis & terminandis, ex Galliae Regno, in Hungariam induxit, tam salutari successu, ut in hunc usque diem observeatur. Quæ ipsa etiam Werbœczius, P. 2. tit. 6. Trip. & ex eo Kitton. d. C. 1. Q. 9. & 15. confirmat, qui eodem loco etiam certi Libri, sub titulo: Ritus explorandæ Veritatis in dirimendis Controversiis, quo diversa barbava nomina Hungarica certis Judiciariis exemplis ab anno 1214, usque ad annum 1235. exponuntur, anno 1550. Colosvarini recusi, ac in Sacra summi Templi Varadiensis reperti, mentionem facit, cuius tamen vindendi copia mihi hactenus non est data, imo tam rarus est in tota Hungaria, ut extra hunc

Kithoniesii locum ne fama quidem illius existet. Addatur *Mart. Szent-Iványi, Curiosor.* & select. *Var. Scientiar. Miscellan.* Dec. 2. P. 1. *Dissert.* 9. §. 46, & 47. Quodsi autem rationem tam pronæ receptionis Processus hujus disquiras, eam *Kithon d. Q.* ita exprimit: *Qui Processus vel ideo maxime Hungaricis convenit, quod quemadmodum & ipsi semper militares fuere, & illum a Gallica Gente, perpetuae militiae addicata, accepere, ita quoque magna ex parte militarem esse voluere, ut scilicet non minus in Judicio, quam bello militaris disciplinæ studioſi fierent.* Refert se postea eo in passu ad *Tit. 73, & 74. P. 2. Trip.* ubi *Causantibus, in Judicio convictis, Repulsio, evaginato gladio, vel alio armorum genere ostendo, fieri solita, permittitur, quæ tamen Legibus subsecutis restricta est, Vid. Art. 31. A. 1681.*

§. 17.

Neque vero indignum tanta paterni avitice Nominis gloria filium se præstítit LUDOVICUS ADOLESCENS, sive *Primus*, secundum secundum piæ memoriæ parentis sui in Regem declaratus; quippe quod paterno isthoc Instituto in suo vigore relicto, dictas Andreæ II. Leges, præter Articulum, de libera

bera disponendi facultate sonantem, ac ad fratres proximos eorumque generatio-nes extensum, non tantum acceptaverit, approbaveritque, (*m*) verum etiam pro tranquilliori Regni Statu & commodo Regnicolarum novas quoque, ac ad fo-rensia Negotia jam plenius extensas sanctiones, multis Libertatibus refertas, (*n*) prioribus superaddendas & concedendas judicaverit, uti e Confirmatione in Anno 1351. emanata, atque iisdem Andreæ Legibus in forma Literarum Privilegialium, pendenti & authentico sigillo robo-ratarum, annexa, perspicuum effet.

(*m*) Quam Confirmationem deinde etiam filia Ludovici, MARIA, ad solium Paternum evecta, speciali, ac authentico sigillo munito Privilegio. Anno 1384. die 10. Kalend. Julii repetiit.

(*n*) Depromemus quædam in dignissimas ejus Lau-des ex Bonfinio, qui Lib. 10. Dec. 2. p. 250. ita eas illustratas reliquit: *Jus integerrime dixit, amplificavit cupidissime Regnum, in Divinum Cultum & Studiosos omnes perquam magnificus & gratus semper est habitus. Ne plebs ac rustica multitudo gravioribus, quam par est, tributis & portoriis, & quaefloribus & praefectis oneraretur, neve iniquis Ju-diciis gravaretur, officereturve rapinis, dissimulato-*
ſæpe

sæpe habitu, veluti callidissimus explorator, vicos & oppida lustravit, perscrutaturus mores publicanorum & Praefectorum, & eorum injurias ex plebis querimoniis recognituras, quod idcirco a clementissimo Principe facilitatum erunt, ut non minus optimatum, quam plebis curam gessisse videretur.

§. 18.

Quo autem propinquiores fuere Compilationi Decreti Werbocziani post fata Ludovici ad Gubernacula Regni eventi Reges, eo curatius etiam Civiles ac pleniores semper Leges Populi sui moribus accommodabant. Ita SIGISMUNDUS, Imperator Romanorum ac unicus hujuscem Nominis Rex, sextuplicia edidit Decreta: e quibus *primum*, (o) Anno 1404. feria tertia, proxima post Dominicam Invocavit, Budæ; *secundum*, (p) & *tertium*, (q) Anno mox subsecuto 1405, *quartum*, (r) Anno 1411, *quintum*, (s) in festo Georgii Martyris Anni 1434. *sextum* denique (t) Anno 1435. Festoque die Gregorii Pontificis in jam attacta Civitate Budensi promulgatum est. Ita & ALBERTUS laudandæ recordationis Rex

uni-

unicum licet, ac in principio sibimet (*u*) ipsi potius, quam populo Legem ponens, non tamen contemnendum fancivit Decretum. Namque *Processum Exhibitionis Literalium Instrumentorum*, binæ item *Evocationis*, tum *Proclamationis forensis*, triplicari solitæ, ejusdemque *Causas principaliores*, *Actorem nempe & in Causam attractum*, justa accuratione declarat.

(o) Isthoc Decretum tunc demum edidit Sigismundus, posteaquam Gubernacula Regni, quibus eundem nonnulli Optimates Nobilesque Regni privare, ac Ladislauum, Filium Caroli de Duraczio, in Regnum vocare nitebantur, readeptus fuisset, quo ad instantiam illorum, quorum Bona durante ipsorum infidelitate fidelibus subditis suis contulerat, quosve postea in Gratiam suam Regiam receperat, eadem Bona rehabendi & supplicium ab infidelibus, necdum Gratiæ Regiæ restitutis, desumendi modus decernitur. Cæterum nullas in se Leges continet.

(p) Multæ & laudabiles profecto Leges tam publicum, quam privatum Regni Statum respicientes, hactenus scripto necdum comprehensæ, exhibentur sub hoc Decreto, quas imprimis Liberæ Regiæque Civitates venerari possunt ac debent,

debent, in quarum utpote favorem & conser-
vationem illæ multa in parte directæ sunt.

- (q) Multa damna & incommoda, quæ ex diver-
sis ac sæpe contrariis Confueudinibus, eotum
vigentibus, Regnicolis evenerant, ad conden-
dum hocce Decretum causam fuisse impulsivam,
ex Præfatione ejusdem discimus.
- (r) In hoc Decreto præter modum dicationis, ex-
elacionisque lucri Cameræ & Decimarum, nihil con-
tinetur.
- (s) Est etiam speciale Decretum, per quod Le-
ges *insurgendi & exercituandi*, in casu occurren-
tis generalis Expeditionis Exercitus, determi-
nantur. Quod autem in dato emanationis ejus-
dem a novissima Viennensi editione Anni 1628,
ubi idem sub *Anno 1435, octavoque die Martii*,
appositum habetur, recesserim, factum est
ideo, quod in quibusdam editionibus ita le-
gatur, idque & mihi magis videbatur proban-
dum, cum eodem Anno quasdam propositiones,
nunc quoque existentes, dictæ expeditionis
intuitu in absentia sua Regnicolis transmiserit
Sigismundus, ad quarum postea tenorem, ut
opinor, iſthoc Decretum suum accommoda-
vit.
- (t) Communiter etiam *Majus Decretum* vocatur,
ex eo nimirum, quod reliqua ejus Decreta
numero & magnitudine Articulorum præcellat.
Et certe in ipsa consideratione augmentati fla-
bilitique Juris Patrii, majus est & cæteris suis,
imo

imo & antecessorum suorum Decretis, utpote quo circa condignam & accuratam Justitiae administrationem præclare & studiose actum est.

(u) Articulo namque 20mo, ut cæteros mittam, exemplo admodum notabili, saltem Legibus nusquam inserto, eam sibi posuit Legem Rex Albertus, quod de maritandis filiabus suis cum Consilio Prælatorum, Baronum, Nobiliumque Regni, ac etiam cognatorum, proximorum, subditorum reliquorumque Regnorum & Ducatum suorum, afluxus sit. Cujus obligaminis rationem & fundamentum si investigemus, inde forsitan desumendum veniet, quod Regnum hactenus duplici jam exemplo per foeminas fere hæreditario Jure ad Extraneos fuerit delatum, adeoque in id allaborabant Hungari, ne imposterum per elocationem filiarum Regiarum ignorantibus & invitatis illis Rex quisquam enascatur; sed cessarunt tandem sua sponte, & merito quidem optimo, cuncti hi respectus, dum, ut infra videbimus, Regnum hocce hæreditariæ successionis Jure in foemina quoque sexum AUGUSTÆ DOMUS AUSTRIACÆ felicibus auspiciis ductum est.

§. 19.

Cumque VLADISLAUS Polonus idemque Primus, quem proceres Regni, de prole mascula per Elisabetham, Alber-

ti

ti Viduam, enitenda, incerti existentes, statim ab obitu ejusdem ad habenas Regni obeundas arcesserant, in deploranda illa Varnensi clade non sine perpetua Gentium commiseratione cæsus, ideoque Regnum Principe suo destitutum fuisse, (v) ne exinde publica Res convelletur, visum erat Inclytis Regni Statibus & Ordinibus Anno Incarnationis Dominicæ 1446. generalem Conventum indicere, quo itidem certos de eligendo Regni Gubernatore, ejusdem futuræ Authoritatis limitibus & Sigillo eidem concredendo, denique etiam de conservanda Regni tranquillitate, concluserunt Articulos, (x) quibus etiam rigorosum illud Juramentum, ab eotum electo Gouvernatorie Johanne Corvino, præstitum, inserendum habetur. (y)

(v) Ladislaus enim Posthumus, qui in ipsis statim cunabulis in Regem legitime initiatus fuit, adhucdum a Ferdinandō Imperatore cum S. Regni Corona asservabatur, docente Petr. de Reva, Cent. 5. p. 35. & 36.

(x) Quos explicatius habes apud Bonfinium, Dec. 3. Lib. 7. sub init: Post, inquit, ubi Vladislai
Re-

Regis interitum & vix tertiam e Varnensi clade partem Exercitus superfuisse, Pontifices Optimatesque cognoverant, ad inhibendas mutuas in Regno injurias, de dolo malo, de vi, de latrociniis, cædibus & rapinis, severa Decreta promulgarunt: ut donec Procerum Nobilitatisque reliquæ, quæ e Bello superfuerant, redirent, tranquillum quietumque Regnum servarent; nihil vehementius exprescentes, ne quæ in tanta rerum perturbatione, ex pristinis factionibus seditione interim oboriretur. De valore autem & potestate illorum, consulendus Werboczius, in Op. Tr. P. 2. T. 14. §. item Literæ Dominorum Prælatorum. &c.

(y) Adeo id miratur Petr. de Reva, Cent. 5. p. 41. ut in hæc verba eruperit: *Forma Juramenti, ipsi, licet tot tantisque præclaris factis omnem de fide sua hæfionem ex animis hominum tollere potuisset, in generali Regni Congregatione, instar terribilis ejusdam fulminis, horrende præscripta fuit. Subiungit tamen in sequentibus, eandem ex tempestate nimis usitatam fuisse, tam in publicis & maximis Obligaminibus, quam etiam privatis Contractibus & fundationibus mutui nexus atque candoris.*

§. 20.

Restitutus tandem Regno LADISLAUS POSTHUMUS, non tam Juris condendi studio, (quod in tam tenera ætate nec desiderari ab eo poterat,) quam finali

nali Regni sui calamitate, quam Turcarum Imperator Mahometes, capta jam Constantinopolitana Urbe, aperte minabatur, commotus, Anno plus minus decimo quinto ætatis suæ, amplexique in Hungaria Regiminis altero, qui erat 1454, in festo Conversionis Divi Pauli Apostoli, habitis primum ratione præsentis periculi cum Proceribus Nobilibusque Regni, qui ad Mandatum ejusdem in Liberam Regiamque Civitatem Budensem confluxerant, mutuis consultationibus, de instaurando per Militiam & Insurrectionem Dominorum Archi- & Episcoporum, Præpositorum, aliarumque dignitatum Ecclesiasticarum totiusque Populi Hungarici Exercitu, ac adeo liberando ab ejusmodi Paganorum insultibus alioquin etiam non parum afflito Regno, utiles & summe necessarias illo tempore Leges, unico Decreto (†) contentas, promulgavit: (z) quæ tametsi, ut Rex ipse in Articulo finali fatetur, antiquæ Consuetudini ac Libertati, tam Ecclesiasticarum, quam Secularium Personarum derogare viderentur, (a) servari tamen tunc debebant, extrema ne-

cessi-

cessitate sic ferente, quæ alioquin etiam Legem ipsam frangere solet.

(†) Aliud quoque Decretum, & quidem die 6. Febr. Anni 1453. eum edidisse, Author editionis novissimæ Corp. Jur. Hung. Tyrnav. Anni 1696. asserit, ubi etiam pag. 287. habetur, dicitque illud ab amico in pergameno sub sigillo Ladislai missum. Sit fides penes Authorem, nobis in margine illud attigisse, satis est. Illud mirari satis nequeo, quod in *Cynosura Jurisperitorum*, ubi sub voce *Rex* ostenditur, quorum Regum Decreta serventur, quæve vigore suo careant, dicatur, nulla hujus Regis esse Decreta. Qui natus forte Werböcziani tituli intuitu subnatus est Authori, quo illa pariter in ordine reliquorum Decretorum non recensentur; fortassis ideo, quod Jurium materiam non adeo adauxerint. Nec tamen dixit Werböczius, nulla ejus exflare Decreta.

(z) Nec tamen dubitandum est, ex innata quasi sibi Justitia, plures quoque & salutares Sanctiones eundem instituturum fuisse, nisi tam subita ac insperata morte e vivis fuisset sublatus.

(a) Posteris itaque temporibus nullam ejusmodi inconsuetam expeditionem se promulgaturum, facturumve, fide sua Christiana pollicitus est in eodem Articulo.

§. 21.

Hoc loco notandum quoque venit, Decretum *Michaëlis Szilágyi de Horoszegh*, quo idem Articulos, post datam sibi; absente adhuc noviter electo Rege Matthia, quinquennem Regni Gubernationem, in Conventu, Anno 1458. Pestini celebrato, a Regnicolis conclusos, si bique unanimi voto exhibitos, confirmavit, omnimodam illarum obseruantiam & executionem, vel per se, vel etiam ipsum Matthiam Regem fiendam, pollicendo.

§. 22.

Sed novus porro & pulcherrimus se nobis campus offert, de augmento Juri Patrii ulterius etiam differendi, dum ad MATTHIAM I. *five CORVINUM*, clarissimum & fortissimum Hungarorum Regem, (b) progrediendum est. Quemadmodum enim hic invictæ virtutis Heros & Justitiæ cultor intentissimus, ut propriis illius verbis utar, (c) simul atque ad Regiæ dignitatis fastigium sublimatus fuisset, id semper animo suo volvebat,
(d) ut

(d) ut eas Inordinationes & deperditas abusiones, quæ in hoc Regno Prædecessorum suorum, ac illis quoque temporibus, potissimum vero in Judiciis invaluerant, abolere & extingvere, ac e converso Statuta & Decreta ita salutaria itaque stabilia condere potuisset, quæ ad laudem & gloriam imprimis Redemptoris nostri, sive & totius Regni honorem, salutem & tranquillitatem omnino vergerent, quæque pro Legibus & Jure perpetuo haberi, nec unquam, prout hactenus in cuiuslibet novi Regis assumptione factum fuisset, pro arbitrio variari & antiquari possent: ita superatis tandem tot tantisque obicibus, istiusmodi sancto Proposito identidem interjectis, extra quinque minora Decreta, (e) Legesque in iisdem habitas, ac jam prævie promulgatas, indicto eum in finem ad Calendas Januarias Anni 486, supra Millesimum in dictam Budensem Civitatem Conventu, habitoque desuper cum Proceribus Regni senatu, plurimas ac optimas ibidem sanctiones, (f) Regia & Senatus Authoritate munitas, edidit, complexas Decreto VI.

alias etiam majori vocitato, ejusdem Regis, quibus imprimis *Judicium Palatinale* est abrogatum, (g)

- (b) Ita illum appellat *Istvanius*, scitus ac integerimus rerum patriarcharum scriptor, *Lib. i. in principio.*
- (c) Habentur illa in *præfatione ad 6tum ejus Decretum*, digna profecto accuratiori dispectione.
- (d) Ex eo nimirum pio & tanto Heroë digno principio, quo Reges & Principes, qui divina dispositione in suprema dignitatis specula constituuntur, non solum armis decoratas, sed & Legibus ornatos esse debere, eamque demum Rempublicam laudabilem & felicem esse, in qua bene institutæ Leges dominantur, publicis monumentis, ac quasi gratulabunda mente asserebat, uti ex eadem *præfatione*, & principio Confirmationis Andreæ II. Decreti videmus,
- (e) Anno 1462. in generali Congregatione Regni, adhuc ante Coronationem Regis habita, editum est primum ejus Decretum, tribus duntaxat Articulis constans. Quod deinde occasione Coronationis ejusdem Anno 1464. in Alba-Regali feliciter institutæ, alterum excepit, in quo præter Confirmationem Decretorum Andreæ, Ludovici & Sigismundi Regum, etiam novæ habentur Legum accessiones. Tertium postea Anno Domini 1471. feria quarta, proxima ante festum Beati Matthæi Apostoli & Evangelistæ, in

in Conventione Budensi, ad humilimam petitionem Optimatum Nobiliumque Regni, certis libertatibus, & Privilegiis, in Decretis prioribus necdum clare expressis, se fulciri cupientium, secutum est. Notabilis in hoc Decreto maxime *Art. 19.* quo *Beneficiatis* quidem, sub poena amissionis Beneficiorum, non *beneficiatis* vero Regnicolis, sub ammissione capititis, severe imponitur, ut nemo illorum migrato ordinario Regni Judice, Jus suum in Curia Romana prosequi valeat, audeatque. *Art. 28.* in Causis occisorum Nobilium probæ loco duellaris dimicatio fuerat constituta, quæ tamen *Art. 18. Decr. 6.* prægnantissimis ex rationibus prorsus sublata est. Interim de modo hujus certaminis, videri poterit *Berneggerus*, in *Disquisit. de Regno H. Par. 3. S. 130.* & seqq. ibidemque citati *Authores.* Priusquam quartum Decretum recenseam, mentio quoque hic habenda Articulorum, quos Status & Ordines Regni absente a Regno Rege in publico eorum Conventu, quem *Anno 1474.* in eadem Budensi Civitate celebraverunt, communi voto, consensu tamen & Mandato Regis munito, ratione instituendi defensionis Regni, ac adeo subsidii eapropter contra Turcas, infinitis pene præliis Regnum lacerantes, colligendi, concluserunt. Attinguntur illi etiam a *Thaborio*, in *Collatione Juris Romani & Hung. Sectione 3. S. 4.* in *Notis sub Litera D.* Sed ad *Propositum.* Quartum itaque Decre-

tum Matthiæ Regis, post redditum illius a Bello Austriaco, quod *A. Chr. 1478.* contigit, in Dominica Quasimodogeniti, pariter Conventus Budæ celebrati tempore, confectum est, cuius Articuli, præter dictorum Regnicolarium Articulorum reiterationem modificationemque, paucas exhibent novas Leges. Quintum denique *A. D. 1481,* itidem Budæ in festo Divisionis Apostolorum promulgatum est, concernitque maximam partem Decimas & illarum accessoria, tribus tantum ultimis Articulis de rebus seculularibus disponentibus. Huc etiam inferendi veniunt Articuli, in Diæta *A. 1485,* qua Comes Emericus de Zapolya, ex consensu Regnicolarum ad Palatinatus Dignitatem electus fuerat, sanciti, qui tamen præcise de Authoritate, Officiis, Juribus & salario *C. Palatini*, 12. pun-
Eis comprehensis, tractant.

(f) Quas per Epitomen, cuiuslibet fere Legis Historiam pulcherrime exhibentem, plenissime dedit Bonfinius, *Dec. 4. Lib. 7. p. 456, 457, 458, &* 459. dignis, ut huc legantur. Evolve etiam Casparum Ens, *Rev. H. Lib. 4.* ubi hujusmodi Matthiæ Instituta exquisitis verbis describit.

(g) Ne & hanc Juris antiqui partem ignoremus, recitabimus illius descriptionem ex Petr. de Reva, *Cent. 5. p. 52:* Inter alias fuit consuetudinis Palatino, ipso regnante Matthia, quotannis singulos Regni Comitatus peragrare, & de malefactoribus sub dio, super colliculis ad id opera congestis, quo-

rum multi & hodie passim apparent, *Judicium administrare*, unde *Judicium Generare*, sive *Palatinale*, aut *Congregatio Generalis Palatinalis* appellabatur. Ilius abolendi, propter abusum potestatis, primum *Consilium hoc Rege inventum*, legum transgressores puniendi potestas Comitibus attributa, tandemque *Vladislai* tempore penitus sublata exolevit & evanuit, nullo unquam tempore celebranda, excepto rusticane insurrectionis Casu, quo Comitibus rebelles iuquere voluntibus *Processus Judicij Palatinalis concessus* fuit.

§. 23.

Cæterum, non possum non paucis hic meminisse Historiæ notatu dignissimæ, quæ circa receptionem & observantiam Legum Justinianarum, de hoc Rege proditur. Nimirum cum Beatricem, Neapolitani Regis Ferdinandi filiam, in matrimonium accepisset, eamque A. 1476. in Hungariam adduxisset, Rex prudentissimus, comitati sunt eundem una cum primariis Viris compluribus, celebres aliquot & clari Juris Doctores ex Consilio Regio, qui cum saepius Rege præsente honorificam Legum Justiniani mentionem facerent, prædicarentque, quam profunda Sapientiæ mysteria iis reperissent, per-

E {

sua.

suas erunt ei, ut Disciplinam & Exercitium
illarum in suas Provincias reciperet. Re-
constituta, (h) vocati sunt ex Italia eru-
ditissimi in his Libris Doctores & Profes-
sores, qui barbarum, ut ipsi perperam
jactabant, morem aspernati, Authoritate
sua facile perfecerunt, ut homines sim-
pliciores illorum se sapientiae concrede-
rent. Cœperunt illi postea formulas præ-
scribere, quibus esset petendum, quibus
respondendum atque excipiendum, dies
legitimos notare, Judici quoque aliquid
assignare, quod diceret, ne muta esset
persona, adeo, ut brevi tempore in lo-
cum quietæ a litibus tranquillitatis, qua
fuerat usus Hungaria, omnia fervere Li-
tibus viderentur, Controversiis, Repeti-
tionibus, Exceptionibus, Comperendina-
tionibus, Procrastinationibusque, perinde,
quasi Legum Doctores isti Contro-
versias & Lites ad se traxissent, quemad-
modum cæcias nubes attrahere dicitur.
Quod malum tantum & tam subitum,
quodque late invasisset plurimos, quum
deinde animadvertisserent homines pruden-
tiores, ad Regem res delata est, qui re-

per-

percognita, quo tranquillitati & quieti subditorum consuleret, Jure consultos illos continuo Regni finibus jussit excedere, & Libros Tribonianis e Regno ejicere, eo cum Privilegio, ne quis impostorum de iis loqueretur, ac omnia potius in pristinum morem revocentur. (i)

(b) Improbat hoc Matthiae Regis institutum, eumque peccasse dicit Bodinus, ex eo nimirum Capite, quod populus & Judicia Hungariae tot tantisque Litium ambagibus exinde circumventa sint; sed ego multa potius laude idcirco dignum esse existimo, quod sapientissimas Romanorum Leges in clientelam suam receperit, cum neminem, nisi ignotum, lateat, quam bonae, plenae, salutares, ac ipsi sanæ rationi consentaneæ sint, adeoque ad cuiuslibet fere populi mores suo modo applicari queant. Quod autem exinde multæ Litigationes subnatæ fuerint, id certe non Legibus ipsis, sed perversis Doctorum, vel potius rabularum ingenii & applicationibus imputari debet, ut hinc isti potius merito relegandi fuissent, reservato nihilominus, quantum fieri commode poterat, optimi Juris usu.

(i) His fere verbis rem totam describunt extra nei Scriptores: Hotomannus, in *Antitriboniano* Cap. 17. pag. 190, & 191. Ludovicus Vives, *de Canis corruptarum artium. Lib. 7. in fine:*

Franc.

Franc. Balduinus, *de Instit. Hist. universæ*, &^o
eius cum Jurispr. Conjunctione Lib. 7. p. 247, &^o
248. Herm. Conringius, *de Orig. Jur. Germ.*
Cap. 32. p. 230. & Christ. Thomasius, *in Declinat. Hist. Juris* §. 167. Neque ego de ejus
veritate ac ipsa adeo horum Scriptorum fide,
dubitandum putaverim, quod iidem, & impri-
mis *Hotomannus ad Historiam*, mihi licet non
visam, se provocent, neque in hoc facile su-
specti haberi queant. Et quanquam *Bonfinius*,
accuratissimus alioqui Rerum a Matthia gestar-
rum Scriptor, ac ipse etiam *Petr. de Reva*,
in studiose connotanda Juris nostri Origine &
fatis, omnibus anteferendus, disertam hujus
Historiæ mentionem non faciant, per ea ta-
men, quæ de *ardentissimo Romanorum imitandorum*
studio, ac *perpetua æmulatione*, de *mutatione morum*
Scythicorum in Italicos, de *amore & cultu ICto-*
rum, eorumque ex *Italia aliisque Regionibus* autho-
re Matthia Rege facta, diligentissima *disquisitione*,
commemorant idem tradidisse censendi sunt.
Qui proinde hic conferendi, & quidem ille
Dec. 4. Lib. 7. p. 459, & 475. hic autem
Cent. 5. pag. 52. R. H.

§. 24.

V L A D I S L A U S II. Rex Bohemorum
& Casimiri, Poloniæ Regis, filius, ad quem
post fatâ Regis Matthiæ Imperium Hunga-

rorum delatum fuerat, bellica quidem virtute & prudentia Matthiæ Regi vix ac ne vix quidem comparari poterat, (k) in ipso tamen Juris scribendi studio & labore (l) non vulgarem Justitiæ amorem indicante, majorem certe laudem mihi videtur mereri. Neque quidem sine plenissimo fundamento. Nam & plures (m) multisque in passibus longe præstantiores, quam Corvinus, imo & omnes eundem antecedentes Reges, sanxit Leges, (n) & præterea non exotico Juri, in Patriam introducendo, frustraneam dedit operam, verum antiquas & dispersas Patriæ Leges, maximeque Confuetudines illas, quæ hactenus nulla scriptura continebantur, ideoque cursum Justitiæ non parum sufflaminabant, tam salutari Instituto ad Juris scripti normam & rationem revo- cari compilarique curavit, ut æternam merito gloriam idcirco apud omnem Posteritatem sibi comparaverit. (o)

(k) Supervacaneum est, multis argumentis id evincere, cum id cuilibet, in Historia utriusque Regis vel mediocriter versato, testatissimum esse debeat. Majoris tamen luculentiae ac

roboris causa, verba illustris Viri, Sigism. Baronis ab Herberstein, uti a Caspary Ensio, Lib. 4. p. 168. recitantur, huc apponemus: quemadmodum autem, ait hujus Regis, (scilicet Matthiae) Virtute ac rebus preclare gestis Hungar. Regnum ad summam potentiam, ipso vivente, pervenerat: ita eo sublato, quasi mole sua laborans, inclinare cœpit. Nam qui ei successit, Vladislaus, Bohemiae Rex, Casimiri Polonie Regis filius, Princeps quidem pius; religiosus & vita inculpatæ, sed ad moderandam tam bellicosam Gentem, in tanti præsertim hostis vicinitate, minime sufficiens fuit. &c. Addi quoque possunt, quæ idem Ensio, pag. 160. in Vita Matth. & Galeottus Marcius Narrien. per totum Coment. de sapientia egregie, fortiter & jocose dictis & factis ejus, qui Anno 1723. denuo Viennæ in 12. prodiit, commemorant. Addat; Sam. Schurczfleisch. de Superioribus Hung. Conversionibus. §. 21.

(l) Quem a Deo sibi impositum esse fatetur, in principio Decr. 3. his verbis Majestate Regia dignissimis: *dedit nobis DEUS ipse duo instrumenta, quibus populum nobis subiectum reveremus, Arma scilicet & Jura, Jura quidem, ut eos in tribus Naturæ præceptis, honeste vivere, alterum non laderet, & unicuique, quod suum est, reddere, instrueremus; Arma vero, ut quos timor pene legalis a malis eorum actibus, non refranaret, hos saltem vindicis gladii severitas compesceret a peccatis, & sic hominum coerceretur audacia, & inter improbas innocentia tuta redderetur.*

(m) Con-

(m) Consentientem hic habeo illustrem Scriptorem Petr. de Reva, qui Cent. 6. saepius laudati Tr. pag. 58. eandem rem ita exprimit: *Jurisdictioni præterea data est opera, nec aliquis inter Reges Hungariae, qui plures condidit Leges, quæ licet non temere sint ferendæ, quod bene Republica constituta, non opus est multis scriptis, sed paucis Legibus, velut tesseris, ut de re publica & privata consentiant: tamen necessariae erant Vladislao Regi, quo in alta pace silentibus armis Judicia recte & debito ordine procederent, quæ sunt delubra æquitatis.* Idem quoque perhibet *Istvanius*, Rer. Hung. Lib. 2. p. 18. Exinde, inquit, *Vladislauſ ſaſta cum Maximiliano pace, animum ad condendas formandasque Leges advertit, iisque in meliorem ſtatum redactis, demum venandi studio, aliisque remiſſioris & otioſæ vita voluptatibus, Reipublicæ cura aliiſ demandata, oblectari cœpit &c.* Hincque *Werbœcius*, in P. 2. tit. 6. notabiliter inquit: *Novissime etiam ſereniſſimus Dominus uoster modernus Rex Ladislauſ non minus ceteris præfantiores Leges condidit, cuius memoria laudabilis apud Hungaros in benedictione ſemper erit.*

(n) Habitæ ſeptem diversis Decretis. Quorum 1. quod etiam majus audit, Anno Domini 1492. Budæ ſancitum eſt, quo maxime proclamatæ Congregationes, quæ, Art. 36, periculofum, & extrahoc Regnum inauditum Judicium, vel potius Corruptela, dicuntur, duella, Trineque forenses proclamationes ſublatæ ſunt. De quibus vid. Kithon. dit.

dict. Tract. C. i. Qn. ult. Secundum Anno 1495.
iterum Budæ in Diæta, pro festo B. Georgii
celebrata, emanatum est, in quo habentur Ac-
cessiones quædam ad Decretum i. quod, uti
Rex ipse dicit, necdum perfectum fuerat atque
completum, addita etiam *Evocatione cum Ins-
titutione*, loco Trinæ forensis proclamationis
Art. 7. Tertium, sive minus Decretum etiam
Budæ Anno 1498. promulgatum est, quo liber-
tates Nobilium, a prælinis Regibus concessæ,
denuo cunfirmantur. Ex principio illius apparet,
in Anno quoque 1497. Pestini habitum fuisse
conventum, sed a nonnullis, Bonum potius
privatum, quam publicum observantibus, sub-
versum, adeoque re infecta transactum fuisse.
Cæterum notabilis *in hoc Decr. Art. 45.* quo
definitum est, ut Interregni tempore, quoties-
cunque universitatem Regnicolarum ad eligen-
dum novum Regem convenire contigerit, mul-
lus Oratorum sive Legatorum Forensium ad ipsam
Conventionem admittatur, quo eo commodius de novo
Rege provideri queat. Quartum Anno 1500. *in*
Campo Rákos 15. die Congregationis, ad festum
B. Georgii illuc indictæ, latum est, continet-
que certas additiones ad Decretum prius, tri-
bus in Diætis, quovis tertio Anno celebratis
confectas, ac in hac demum Conventione per-
fectas. Quintum Anno 1504. itidem in Campo
Rákos eodemque tempore editum esse, legi-
mus, habetque pariter novos quosdam Articu-
los. Post tempora hujus Decreti, & quidem
circa

circa *Annum 1505.* celebrata sunt Comitia in eodem Campo, ubi omnes Proceres, tam Ecclesiastici, quam Seculares, & reliqui Status Regni, mutuo sese obligarunt strictissimo fœdere ac Juramento, ne ab exteris Nationibus Regem sibi eligerent, sed de sua ipsorum progenie & Lingua, addita etiam gravissima perpetuae infidelitatis ac perfidiae in Patriam nota, ac pena, qui contra Statutum hoc quovis tempore consulere, aut facere ausus fuerit. Cui Statuto Emericus Prinyi Palatinus, acer-
rime obstatile fertur. Nam cum Comitia Pos-
sonii celebrarentur, & ipse artuum doloribus laboraret, sella per Urbem circumlatus, De-
creti iniquitatem, ut credi volebat, detestatus,
deprecabatur, Regni Jura perturbantis, quæ
nulla exceptione Liberum Jus Hungarum per-
mitterent, sive ex suis mallent, sive exteris
Regem eligendi. Neque prius queri destituit,
quam minus coactus, suo signo apposito De-
cretum obsignavit, non ut Palatinus, (quem-
admodum declarabat) sed privatus. Hujus
Conventus Generalis Decretum, etsi non re-
peritur in usitato Decretorum Vladislai nume-
ro, tamen sequentibus Annis, nempe 1507. fit
mentio illius & confirmatio, Art. nempe 1.
sunt verba Petri de Reva, ex Cent. 6. pag. 60.
R. H. desumpta. Sextum Anno 1507. in jam
dicto Rákosiensi Campo lucem conspexit, con-
statque 20. Articulis. Septimum denique Anno

1514. rursus Budæ die 19. Novemb. prodiit. Idem *P. de Reva*, *d. Cent. 6. p. 62.* nonnulla ejus Capita recenset: *In reliquam etiam Plebem gravius animadversum fuit, atque Posteritati etiam illius stricta Lege cautum, ut amissa omni Libertate nullam haberent de loco in locum commodiorem contra voluntatem Dominorum Terrestrium transmigrandi facultatem: prohibitus quoque armorum usus, ac præcipue bombardarum, sub dextræ manus amissione. Sancitum insuper, ne aliquis de rustica progenie natus, in Episcopum eligeretur, aut si electus fuerit, nemo illi Decimas dare obligaretur.* Ex Conclusione observamus, Archi - Episcopum Strigonensem. Patriarcham Constantiopolitanum & Apostolicæ Sedis de Lateve Legatum dici, cuius denominationis rationem suppeditat *Pancrat. d. Tracl. Secl. 5. §. 14.* In Conclusione vero Decr. I. Matth. II. Regis, Articulis post Coronationem editis annexa, quæ a temporibus dicti Decr. 7. Vlad. inseri prorsus omissa erat, ac nunc denuo usurpari cœpta est, hic Titulus novum accepit augmentum, *Primatis nempe Hung. & Legati Nati*, qui tamen & antea jam Archi - Episcopis fuisse legitur, *Art. 15. Anni 1536.* nec etiam postea semper hujusmodi Conclusionibus inserebatur, sed ut plurimum *Archи - Episcopatus tantum Titulus retentus fuit.* Summum tandem incrementum illi accessit, sub moderno Victoriosissimo Hungariæ Rege, CAROLO VI. quippe qui ad demissam Eminen. & Sereniss. Cardinalis, *Ducis de Saxonia,*

nia, Archi - Episcopi moderni Strigonien. & Primatis Hung. Instantiam, futuros quoque ejusdem in Dignitate Archi - Episcopali Strigonien. Successores, in veros S. R. I. Principes creare, & ad Titulum atque dignitatem Principatus Imperialis, cum omnibus honoribus & prærogativis eidem competentibus, ut verba Art. III. Anni 1715. sonant, ex speciali gratia sua evehere dignatus est.

(o) Vel hujus igitur meritissimæ gloriæ nomine justam castigationem patiatur necesse est Epitaphium illud, quod Author Mausolei Ducum & Regum Hungariae eidem hoc rigore apposuit, ac si aut nibil, aut parum, vel luce, vel gloria, vel se, vel vel suis, vel Majoribus, vel Posteris dignum gesserit.

§. 25.

Quæ quidem Compilatio ut altiuscule a nobis repetatur, imprimis causam illius impulsivam dispiciemus. Placet vero ipfissimis Vladislai verbis eandem suppeditare: *Licet & antea, inquit, non defuerint quædam Jura Regni, quæ quia nulla scriptura continebantur, Consuetudines potius appellari poterant. Verum quia & ex hujusmodi Constitutionum a nobis editarum, & illorum Regni Jurium diversa Interpretatione, magna plen-*

rumque oriebantur incommoda, aliis
alio, prout cuique libitum erat, sensum
& Interpretationem earum trahentibus;
& quibusdam in judicando, vel Judicio
postulando, Regni Consuetudinum, aliis
Constitutionum formulam sequentibus,
atque allegantibus, ita, ut non inter
eos solum, quorum Causa ageretur, sed
inter ipsos etiam Judices, ac Jurium Regni
consultissimos & peritissimos, magna in-
terdum super hujusmodi Legum, Consue-
tudinum & Constitutionum Interpreta-
tione, contentio oriretur, ut quandoque
hi, qui plus viribus & potentia, quam
Legibus & Justitia fiderent, tribunal
Judicum, magno asseclarum agmine ag-
gressi, quod ratione & Legibus nequi-
rent, clamore & multitudine obtinere
contenderent, & qui Jure inferiores es-
sent, superiores tamen esse, & vincere,
non Jure, sed tumultu ac multitudine
niterentur. Neque vero Judicum &
Magistrorum Prothonotariorum, Jura
Regni allegantium, authoritas apud il-
los valebat. Cum enim Jura ipsa, nul-
la Scripturæ firmitate fulcirentur, quic-
quid

quid Legum, vel Consuetudinum in me-
dium proferebatur, id illi vel in contra-
riam sententiam trahentes, vel aliter ab
aliis Judicibus, & in aliis Judiciis
tractatum, atque intellectum afferentes,
omnes Judicandi rationes turpissime con-
fundebant: ita frequenter contingebat,
ut in qua Causa quispiam antea victo-
ria potitus esset, in eadem vel simili,
alter succumberet & superaretur. Cum
autem, pergit idem Serenissimus Rex,
his & ejus generis erroribus, plena ac
referta essent omnia, & ex hujusmodi
Constitutionum, & Regni Consuetudi-
num, tam varia ac multiplici interpre-
tatione, tam lata calumniatoribus via
pateret, animique tam Judicantium,
quam eorum, de quorum Causis agerent,
in tantis tenebris versarentur; Nos,
quibus nihil prius antiquiusque est, quam
subditos nostros in omni pace, & tran-
quillitate conservare, excitati etiam pre-
cibus, & continuis querelis praedictorum
fidelium nostrorum, fidieli nostro Egregio
Magistro Stephano de Werböcz, Judicis
Curiae nostrae Prothonotario, curam

omnium ipsius Regni nostri Jurium, Legum & Consuetudinum, Constitutionumque receptarum atque approbatarum, earum videlicet, quæ in ipso Regno nostro, & præsertim in Aula nostra Regia judicandis & decidendis Causis, ac Sententiis ferendis, sequi ac observari consuevissent, in unum colligendi, atque in Titulos, (ut fit) & Capita distinguendi, ut ea postea Nobis oblata, ac per cœteros Magistros Prothonotarios, & sedis nostræ Judicariæ Juratos Assessores revisa, discussa ac diligenter trutinata, in unum volumen redigerentur. Ut jam Gens etiam nostra Hungarica (sicut aliæ omnes fere Nationes & Provinciæ, bene & sapienter institutæ,) in Judiciis decernendis & Justitiæ administratione, non sola Consuetudine, quæ plerumque mutari, & labilis esse solet, sed Jure Scripto, fidissimis literarum monumentis illustrato, niteretur.

§. 26.

E quibus etiam de Authore hujusmodi Compilationis, Stephano quippe Wer-

Werböcchio, summi excelsique Ingenii ICto, (p) edocemur. Hujus igitur ingenuo labore & diligentissima sedulitate, (q) confectus fuit Libellus, *Decreti Tripartiti* nomine appellatus; sed priusquam summam illi manum apponeret, Decemviris Patriarum Legum peritis perlegendum, discutiendumque dedit, (r) quorum calculo & Judicio, tanquam qui recto ordine & debito modo conscriptus esset, approbatus, ab ipso etiam deinde Rege, in cuius conspectum occasione Conventus Regni Generalis, Anno Christi 1514. Budæ instituti, solenniter prolatus fuerat, eam obtinuit confirmationem, ut ejus usum in foro & Judiciis pro Jure perpetuum valituro recipi debere, Lege lata, ac secreto Regis Sigillo, quo ut Rex Hungariæ utebatur, communita, publicaret; pollicitus præterea membraneum istuc Opus universis Hungariæ Comitatibus muneris loco se transmissurum, facturumque, ut primo quoque tempore in lucem ederetur publicam. Verum cum prolixioris fuisset negotii tam copiosum collectorum Legum Consuetudinumve cu-

mulum in quinquaginta & plura fortassis exemplaria transfundere, (tot enim circiter eotum numerabantur Comitatus, quos hujus Gratiæ Regiæ separatim participes reddi oportebat,) interea autem ad Conventus, Viennam Posoniumque indictos, rebus Regnorum suorum id exigentibus, concessisset, ac tandem inexspectata quoque morte præventus fuisset, Rex pacificus, hinc idem Tripartitum Compendium hactenus ineditum mansit, quem tamen defectum postea ipse *Werböczius* supplevit, qui illud, Vladislao e vita discesso, retento priori ordine & contextu, pro authoritate sua, qua, ut Personalis præsentia Regiæ Locumtenens, tunc temporis pollebat, circa Annum 1521. publicis Typis exscribi curavit. (s)

(p) Sed multis maximisque vitiis notato, sic enim de illo loquitur modo allegatus *Istvanf.* Lib. 6. pag. 50. & Lib. 8. pag. 77. §. 2. *Stepb. Werböcz. Prætor Regni*, ac *Mich. Zobius Publici Judicij Assessor*, ambo faeliosi ac Lingua & moribus fideque venales & immodiici, quibus cum tumultus Regni placerent & res novæ, multitudinis animos commemoratione Virtutum ac fortunarum liberalitatisque

tisque Comitis Scepusien. quocunque volebant, impellere poterant, nemine ex Regiis obstante. Unde etiam Prætura, quam Werbœczius per multos annos administraverat, sed postremo ut tutator pacis & tranquillitatis fædaverat, per Ludovicum Nicolao Thuroczio delata. Addenda huc, *Facies Jur. Publ. Hung. And. Lochneri, C. 10. §, 2. p. 54.*

(q) Hanc *Istvanius* quoque collaudat, *R. H. Lib. 4. in fine*, quo loco simul peregregie describit isthac Vladislai Regis Institutum.

(r) De præscripto *Art. 63. Vlad. Decret. 7.*

(s) Ita recensentur fata hujus Tripartiti ab ipso Authore, *in præfatione*, quam illi eotum affixit, dum primaria vice Typis fuisset mandatum; postea tamen illud sæpius ac diversis sub formis editum fuit, nimirum Leuchoviae Anno 1660. *in 4. cum versione Hung. cum Corpore Juris Hung. eaiam prodiit Viennæ Anno 1628. in fol. & Tyrn. 1690. & 1696. itidem in fol. itemque Claudiopoli Transylv. in 4. quæ Editio perelegans est.* Memini me quoque vidisse Editionem illius *in 8. Claudiopoli Transylv. factam*, ac pulcherrimo Typo adornatam, Annus tamen non succurrit.

§. 27.

Atque hoc demum erat Scriptum Hungariæ Jus, ad cuius proinde normam Causas controversas in præsentem usque

F 5

diem

diem dijudicavere (*t*) cujuslibet secularis (*u*) fori Judices, ac imposterum etiam, donec novum Juris Systema publicetur, constanter judicabunt. Quia vero illud multis in partibus, & speciatim *in Materiis Contractuum, Testamentorum, Criminum privatorum, & similibus, mancum esse videbatur*, præterea novi etiam postea & plures emersissent Casus, eodem Jure non decisi, hinc eidem in Decretis Serenissimorum Regum, posteris Diætis conclusis, non paucæ Leges Articulares superadditæ sunt, quibus Doctrinæ Tripartitales partim explicatæ, modificatæ, imo & abrogatæ sunt, partim etiam vis & authoritas Tripartiti allegata fuit & stabilita, (*v*) id quod in sequenti jam Sectione nobis erit demonstrandum.

(*t*) Referenda huc veniunt verba *Istvanfi*, habita Lib. 4. d. Tract. in fine ibi: *quod Tripartitum in bunc usque diem in Causis Forensibus & Controversiis dijudicandis observatum esse videmus.*

(*u*) Notanter ita scribo: in Judiciis namque & Causis Ecclesiasticis, ab ipsis amplectæ per Hungaros Christianæ temporibus, Canonici Juris placita in usu semper fuisse, ac nunc quoque omni-

omnino observari, extra omnem dubitationis aleam positum est, quod de illis etiam Causis rebusque intelligendum, quæ alioquin etiam de Lege Regni illuc pertinent, unde etiam *Art. 27. A. 1563.* ad illa se referunt I. Status & Ordines Regni. Evolvendus in hauc rem *Kitbon. C. 12. Qu. 12. §. 1,* unde hæc notamus verba: *in quibus* (Causis scil. ecclesiasticis) tamdiu solemus nos Legibus Regni firmare, quamdiu eas nobis ac Causis nostris suffragari viderimus; at ubi iis destituti fuerimus, illico ad sanctiones Canonicas confugium capere cogimur, quæ longe ampliores sunt & latius sese extendunt. Olim plures Causæ ad hoc Forum spectabant; nunc solæ Matrimoniales, & revisio solennitatis Testamenti, quæ ut *Cynosura pag. 75.* ostendit, in authenticatione, vel non authenticatione ejusdem consistit, illi relæta est, ut appareat *ex Art. 70, 1618. 31, 1638. 15, 1647. & 27, 1715. Ann.* Cæterum de Processu dicti Fori plenius egit idem *Kitbon. d. C. 12.* Habentur tamen præterea plura hujus Argumenti Manuscripta in Hungaria, partimque Musis meis propria, quæ utinam ederentur in lucem publicam, ne cupida Legum Juventus hujus quoque Processus ignorantiam dolenter queritari debeat.

(v) Quorsum videri possunt: *Art. 18, Ann. 1635.*
Art. 16, & 116, 1647. 53, 54, & 78, 1655.
37, 1681. II, 1687. 9, 26, 48, 68, & 94,
1715. Ann. & plures alii.

§. 28.

Antequam vero hanc aggrediar provinciam, mearum omnino partium esse censeo, de labore laudati Compilatoris Tripartiti, ipsaque Methodo, in Tractatione observata, pauca quædam adneter, quinimo ipsum quoque Tripartitum paulo anquisitus despicer, recensurus simul Authores, qui deinde illud, vel Scriptis suis quoquomodo illustrare, vel in certa redigere Compendia, vel denique Collationem ejusdem cum Romano Civili Jure tentaverunt.

§. 29.

Ipsum itaque Tripartitum, si generaliter consideretur, in *tres Partes* dispergitum est a *Werböczio*, ex eo videlicet firmo fundamento, (x) quod omnis Consuetudo Juris, qua utimur, vel ad Personas, vel ad Res, vel vero ad Actiones, hinc promanantes, pertineat. Unde etiam in *prima parte*, illa, quæ Personarum rationem spectant, pertractavit, in *secunda & tertia*, de Rerum ac Caufa-

farum Processibus, & Executionibus, Sententiarumque exinde ferendarum & appellandarum seriebus agendo, ac nonnulla etiam de Legibus Consuetudinariis Liberarum Civitatum, modoque celebratio-
nis Judicij intuitu Causarum Rusticana-
rum, quam Impensionem vocamus, sub-
nectendo. Tribus hisce Partibus *Prolo-
gum* præfixit Author, quo generalia Ju-
ris principia, de *Justitia*, de *Jure* &
similibus, non inconcinniter exponun-
tur.

(x) Desumpsit illud *Werböczius* ex *Institutionum Justin.* Lib. 1. Tit. 2. §. 12. ad quarum proinde Imitationem simili modo, quantum ad numerum, etiam idem Tripartitum ab eodem divisum est, quamquam quoad rem ipsam longe alia certe ratione. Nam in prima Consuetudinarii Juris nostri Parte, non solum de Personis, sed & de Rebus & aliis similibus, ad secundam Juris Romanī Partem spectantibus, agitur. In secunda agitur de Rerum ac Causarum Processibus & Executionibus, ac Sententiarum exinde ferendarum seriebus, quod idem est, ac si dixisset Author, de Actionibus vel Judiciis, quæ in Jure Romano tertiam Juris Partem constituunt: quæ omnia perbelle observavit ac deduxit *Fr. Foris Ottroko-*
ssi, in *Experimento Reduct. Jur. Hung. ad suos fontes*,
Tyr-

*Tyrnaviae Anno 1699. in 12. edito, Sect. 2. p. 7,
8. & seqq. ubi simul pag. 9. rationem addit,
ob quam Werböczius Tractationem suam sic
accommodaverit.*

§. 30.

Hæc autem universa Tractatio in dictis Partibus & Prologo in certos rursum Titulos distinguitur, qui diversis Juris Materiis instructi, sese invicem ita excipiunt, ut quantum pro Judicii mei aetennitatis modulo obiter animadvertere datum est, structura totius non tam illa sit, quæ ad splendorem accuratæ Methodi exæquandam congruere, quam quæ ad naturam potius rerum emergentium penetrandam, requiri videbatur. Ex eo enim vel maxime Industria Concinnatoris æstimari potest, quod Consuetudinum Regni fundamentalium partim ex proprio usu observatarum, (quarum quidem copiam ex obvia gestorum facie facilius alii optime colligere poterat) si suo tempore in negotiorum Commerciis, quandam efficaciam, dignitatem, usum, connexionem & affinitatem conspexisset, quoad fieri

fieri potuit, summo studio ad usum publicum & privatum Scriptis attemperavit, stilo quidem ab eloquii Ciceroniani puritate nonnihil alieno, Curiae tamen Regiae & Judiciis Patriis apprime convenient, (y) unde etiam totum Systema ita adornavit, ut communia quidem & generalia ad nutum Philosophorum specialibus præmitteret, cæterum quædam in hoc loco attingeret tantum, quæ in alio plenius & copiosius explicaret, ideoque Titulos quosdam non tam propriam sedem occupare, quam necessariam, (z) jubaret, ut, quæ Materia forte difficultatem spiraret, coniunctione affinium ad intellectum proprius illustraretur. (a) His tamen non obstantibus, omnino negari non potest, *Werböczium* multas Juris figuræ, quæ luculentam utique explicationem requirebant, paulo obscurius, nec satis accurate proposuisse, imo supervacaneas quoque immiscuisse, qua etiam de causa ab acutissimo ICto, *Joanne Kithonicsio*, aliisque Patriarum Legum peritis Viris censoria virgula notatus est, tametsi exiguis hicce defectus nunquam profe-

fecto tanti momenti esse queat, ut meritiſſimam cætera laudem, e tanto labore ſibi comparatam, notabili aliqua ratione diminuere poſſit, ex ea etiam maxime conſideratione, quod nemine ſibi præunte, iſthanc obiverit Provinciam; ut adeo non immerito clarissimis illis Juris Romani utriusque Luminibus & Compilatoribus longe celeberrimis, puta *Hermogeni, Gregorio, Gratiano & Raymundo de pena forti*, eundem æquiparaverit, eruditus Patriæ noſtræ Scriptor, *David Cxvtingerus*, in *Hungaria Literata pag. 399. (b)*

(y) Accuratus id perpendisse debebat *Johannes Decius, Barov qui in Praef. ad ſuum Jur. Civ. & Hung. Syntagma*, tantopere invectus est in ſtylum Werböczianum, ut, ausu quidem admodum temerario & imprudenti, squalidum & barbarum eundem pronunciaverit. Non immerito hinc eum naectus honorem, quod opus hocce ejusdem puriore & splendidiore, uti jaectat, elaboratum stylo, blattarum ac tinearum cauſis vitalibus fuſtinendis potiore in parte relictum hæreat, dum e converso squalidum licet, perverso illius Judicio, iſpis tamen Rerum argumentis repletum Werböczianum Systema,

in

in universis Hungariæ Foris splendidissimo observantiae studio ac honore frequentatur.

- (z) Ipsem quoque ultro id fatetur *Werböczius*, dum Tit. 1. Part. 1. inquit: *Non direte semper, sed præpostero interdum ordine, prout nempe sequitur Rerum in Judicio emergentium series & conditio illarum requirere dignoscitur, se tractaturum.*
- (a) Est hoc celeberrimi *Thaboris* Judicium, in Collat. *Jur. Rom. & Hung.* Part. 1. Sect. 4. §. 6. in *Not. sub Lit. C.* probatissimæ accusationis intuitu ipsissimis ejusdem verbis nostram in partem conversum.
- (b) Quo quidem Encomio extranei quoque Icti eundem cohonestavere. Ita præstantissimus ille Halensium Ictus, *J. P. Ludevigi*, in dicta Germ. Princ. Tractatu maximæ accusationis laude dignissimo, *Lib. I. Cap. 3. §. 49.* in *Not. sub L. K. Hermogenem Hungariæ Werböcziūm nostrum appellat.* Ita & *Beckius*, Legum Civ. in Alma Jenensi Professor consultissimus, *Trioniani Hungariæ* Titulo illum salutavit, in *Epist. Gratul. Dissert. meæ de Usu & Auth. Jur. Rom. in Hung. circa Doctr. de Patr. Potest. adnexa*, ut de reliquis nihil addam.

§. 31.

Tantumque de externa dicti Operis forma dixisse, satis erit; nunc intiores illius qualitates intueamur, confide-

deraturi , quibusnam præcipue fontibus suam debeat originem? Hos vero ipse quodammodo indigitat *Werböczius*, verbis sequentibus: *Sciendum*, inquit, *secundo*, *quod quanquam omnia fere Juris Regni hujus originaliter ex Pontificiis Cœsareique Juris fontibus progressum habeant; municipalis tamen hœc nostra Consuetudo, qua in Judiciis modo generaliter utimur, ex tribus fundamentis constat: 1. Ex Constitutionibus & Decretis publicis. 2. autem ex Principum privilegiis. 3. vero ex Judicium ordinariorum Regni Sententiis.* Cui & *Kithonicsius*, paulo ante collaudatus, stipulatur , eadem *Werböcpii* verba explicatius ita exponendo: *Ideoque bene Werböczius P. 2. T. 6. Consuetudinem in Judiciis observandam, (quæ nihil aliud est, quam forma quædam Judicaria, ad quam, tanquam Terminum ad quem, Judicia terminari debent) docet ex tribus fundamentis ortam esse, nempe ex publicis Decretis, sive Constitutionibus Regni, hoc est, generalibus Legibus & ex Principum Privilegiis, id est, pri-*

vatis cuiuslibet Legibus, ac demum ex
Judicium ordinariorum Sententiis saepius
ac saepius eodem modo iteratis & repeti-
tis, ac quasi pro Legibus jam usur-
patis.

§. 32.

Dixi quodammodo saltem a *Wer-*
böczio & *Kithonicsio* commonstratos esse
fontes Tripartiti: exinde enim neandum ple-
ne evincitur, quod doctrinæ Tripartitales
e Jure Romano Cæfareo & Canonico de-
promptæ sint; plurima tamen atque cla-
rissima argumenta in promptu sunt, qui-
bus hujus asserti veritas haud difficulter
comprobari potest, e penitiori Operis
universi inspectione repetenda. Testem
hujus rei producam Virum clarissimum,
ac originum Hungaricarum Indagatorem
industriosissimum, *Franciscum Foris Ot-*
trokocsi, qui in pulcherrimo *Libello*,
Reductionis Juris Hungarici ad suos
fontes, aliquot notabilibus exemplis id
ostendit, potiorem Tripartiti fontem esse
Jura allegata, ad quem proinde Lecto-
rem remittimus, ac pauca tantum, quæ

ex his per modum consecutionis apposuit, hoc depromemus: *Ipse statim Prologus*, ait, *Tripartiti Juris Consuetudinarii Regni Hungariæ accurata sui inspectione se manifestat, quodsi res, non verba (addo & verba) in eo spectentur, partim ex Jure Cœsareo Justiniani, partim ex Canonico est depromptus.* Et rursus, ubi Legem Tripartitalem de Peculio Castrensi & quasi Castrensi diligenter examinasset, sic concludit: *Ex his jam perspicue liquet, nostros Majores in allegata Consuetudine, seu Lege aut Legem, ex Jure Civili Romano acceptam, suam fecisse, aut id, etiam ante notum sibi præter Jus Romanum inde ab olim hac in parte tenuisse, quod Juri Romano esset conforme. Modus certe loquendi, quo Werboczius utitur, in principio sui Tituli citati, ultro se manifestat, unde sit desumptus: ut ea, quæ a nobis producta sunt in medium, ostendunt.* Tandemque, ut reliqua præteream, eam fovet sententiam: *Quanquam vero nostri in hunc usque diem habeant quædam in suo Jure & Consuetudine, ex Orientali-*

um

um populorum, (*ut & aliqua ex Septentrionalium Scytharum*) moribus hausta; attamen maximam sui *Juris* partem, ex *Jure* partim *Civili Romano*, partim *Canonico* eos accepisse, non est dubitandum. *Multa sane versatis in Jure*, ultiro se produnt, quibus ex fontibus promanarint. Sic, de *Appellatione*, de *transmissione Causarum appellatarum*, deque *Literis transactionalibus*, ac de *Novo Judicio nostri Juris*, si quis uberiorem vult suis ex fontibus habere lucem, legat *Jus tum Civile Romanum*, tum *Canonicum*, de *Appellationibus*, de *Libellis dimissoriis*: qui *Apostoli* dicuntur, nec non de *restitutione in integrum &c. &c.* Idem quoque profitentur: *Daniel Cromerus*, *Ascanius Clementinus*, *Bodinus*, *Arturus Dukius*, & qui omnibus hisce anteponendus erat, *Decius Barovius*, qui tamen excessivam & intempestivam in *Jura Romana* inclinationem suam non obscure prodidit, dum, quidquid bonarum, rectarum, salutariumve Legum Decreta Hungarica, (sub quibus & *Tripartitum* intelligit,) continent, id omne ex *Jure*

Romano transsumptum esse, afferit; unde etiam non indigne eapropter a me alibi reprehensus est. (c)

(c) In Notis videl. ad Lochnerum *dicit.* Lib. Cap. 10. §. 3. L. e. quibus addi potest etiam antecitata *Dissert.* mea, ac imprimis eidem antefixa *Praefatio*, Originationem Tripartiti fusius complexa.

§. 33.

Nullum igitur dubium amplius remanere puto, de fontibus Rivuli Tripartitalis. Quo circa tamen id probe observandum erit, quod quanquam, uti jam attactum, in Tripartito multæ Leges, e publicis Regum Decretis & Constitutionibus, per Epitomen exhibeantur, ac certis Titulis integri Articuli de verbo ad verbum inserti sint, maximam tamen illarum partem a Werböczio prætermissam esse, neque adeo simpliciter, sed certo tantum sensu dici posse *Opus illius, Collectiōnem* sive *Compendium omnium Legum Patriarum Scriptarum, tempora sua antecedentium,* multoque minus *Corpus Juris Hungarici* illud censendum esse, quemad-

mo-

modum Crvittingerus & Ludevigi, locis supra citatis, perperam scripferunt, (d) quippe quod in hoc longe plures adhuc contineantur Leges cum Tripartito, ut infra suis Locis dicetur, sed potius *Complexum Consuetudinum ab antiquissimis temporibus ad illius temporis memoriam, penes toties recensitas Regum Sanctiones in decidendis Causis observatarum & practicatarum, habendum esse.* Quo quidem sensu utique non incongrue pronunciavit Berneggerus: *Hungarorum Jus sine Scripto remansisse, quod Usus diuturnorum morum consensu utentium comprobavit, usque ad Vladislauum II. Regem.* Patescit quoque hinc ratio, cur in Judiciis, allegationibus Causarum & quibusvis Juridicis Conclusionibus, non solum Tripartitum, sed etiam Leges & Constitutiones Regum, ante & post illud conditæ, citentur, quod omnino supervacaneum foret, si illud omnia ista complecteretur.

(d) Pari erroris lapsu notandus est Author. *Anonymus, Libri: Status Hungarie, Germ. editi, Cap. 5. §. 8. afferens: Vladislauum omnia Re-*

gum *Decreta*, a temporibus inde Stephani Regis, ad hæc usque tempora, Authore Werbœcio colligi fecisse: Perperam quoque *Corpus Tripartitum* vocat eodem loco Opus Tripartitum. Illud namque volumen, quod in folio prostat, atque ex eo, quod in tres Tomos divisum sit, *Corpus Juris nostri Tripartitum* audit, non Werbœcianæ Industriæ aut Instituto debetur, sed Typographis Viennensibus, & Tyrn. qui hac forma illud publicari curaverunt, ac illud saltem Werbœcianum est Opus, quod Tomo 1. exhibetur, atque ita inscribi solet: *Jus Consuetudinarium I. Regni Hungariæ Tripartitum*. Quibus simul errores Schurczfleischjani, in fine *Dissert. Hungaricæ* commissi, castiganur.

§. 34.

Cæterum id quoque observandum est, Opus hocce tam in Germanicam, quam in Hungaricam linguam versum esse. Debemus vero priorem Versionem, *Augustino Wagnero Vilseccensi, J. U. Candidato, & I. Reipub. Posonien, Hung. Causarum Directori*, qui illam, e Mandato Augustissimi Imperatoris Regisque Hungariæ Matthei II. per Universitatem Viennensem prius revisam, ac ipsis quoque Inclytis Consiliariis Hungaricis, eotum

tum in Conventu Posonien. existentibus, communicatam, Anno 1599. sub Titulo: *Decretum oder Tripartitum Opus der Lands-Rechte und Gewohnheiten des Hochlöbl. Königreichs Ungarn, Viennæ in folio minori edidit.* In Hungarica autem Versione perficienda, plures suam collocarunt operam, & nominatim *Blasius Vörös*, I. Comitatus Biharien. Juratus Notar. *Caspar. Helthay*, Sen. natu, Calcographus Claudiopolitanus, *Joannes Laskaj*, in vetustissima Civitate Transylvaniæ, Alba Julia, Capellatum agens, ac tandem Anno 1611. *Casparus Helthay*, Iun. qui illam Anno 1660. *Leuchoviæ* publica luce donavit *in quarto*, adjunctam Textui Latino Laborem in utraque versione impensum; si consideres, ille neutiquam contemnendus, quin sua potius laude dignus mihi esse videtur, ex eo quidem præprimis respectu, quod exinde etiam simpliciores, ac Linguæ Latinæ peritia destituti, quandam Juris Patrii intelligentiam, tanqnam omnibus in Republica viventibus, adeoque & Legibus hisce subjectis, cujuscunque conditionis illi sint,

summe necessariam, consequi, taliterque Juribus suis tanto facilius invigilare possint; tametsi res ipsa doceat, versores istos, dum non ubique mentem Authoris indolemque Styli latini Curialis assequi potuerint, plurima minus accurate & contra genuinum authentici textus sensum, reddidisse. Qui defectus tamen hoc promptius tolerari potest, quanto certius est, ejusmodi versiones, velut a privatis suscepas, adeoque publica Regis approbatione destitutas, nullam in Judiciis habere authentiam & autoritatem.

§. 35.

Illorum nunc Scriptorum notitiam daturus, qui in illustrando Opere Werböcziano versati sunt, nihil praeter rem me facturum existimo, si primum ac præcipuum locum dedero, *Magistro (e) Joanni Kithonicsio de Kozthanicza*, Viro in dicendo allegandoque Jure ad multam æstatem, Doctrinam & Experientiam projecto. Duplici scripto ejusdem argumen-
ti de Patria sua optime meritus est præclarus hic ICtus. *Primum* est Directio

Me-

Methodica processus Judicarii Juris Con-
fuetudinarii I. Regni Hung. absolviturque
illa 12. *Capitibus*, (f) quæ vicissim in
certas *Quæstiones* distribuuntur. Secun-
dum ejus scriptum est, *Centuria Contrar-
ietatum & Dubietatum*, e *Tripartito
desumptarum & resolutarum*, cuius qui-
dem contenta hac ratione disposita sunt:
videlicet in Contrarietatibus primo The-
sin, in Dubietatibus autem ipsam Dubie-
tatem, sive *Quæstionem Juris* exinde
emergentem, e Werböczio petitam po-
nit, contrariam apparentem antithesin
eiusdem verbis opponendo, quasi vero
idem diversis locis sibi contraxisset, po-
stea contrariari visa resolvit, & Leges
substratas conciliando, ostendit, admissa
moderatione, Werböczium sibi non esse
contrarium. (g) Et quia cunctas Juris
Materias, quas duobus hisce Libris fistit,
ad praxim Forensem commode applica-
vit, hinc tantam illi in Judiciis authori-
tatem a longo jam tempore sortiti sunt,
ut saepissime non secus ac ipsum Triparti-
tum & aliæ Regni Leges, citentur & ad-
mittantur, pro meliori Deliberationum

Ju-

Judiciarum accurratione: nec tamen vi obligaminis, sed intuitu æquitatis & præxeos, quam solide & perspicue docent, utpote, quæ alioquin etiam pro Lege servari assoleret. Primaria utriusque editio *Tyrnaviæ* prodiit *Anno 1619.* in 4to. altera *Leuchoviæ Anno 1620.* cum versione Hungarica *Joannis Kászonyi in 4.* tertia *Viennæ Austr. Anno 1634.* itidem in hac forma, quarta rursus *Tyrnaviæ Anno 1700.* Absque versione Hungarica *in fol.* ultima denique *Debreczini in 8.* *Anno 1701.* divulgata est, e quibus posterior *Tyrnaviensis cæteris* est præstantior. De versione Hungarica idem est sentendum, quod supra de versionibus Tripartiti observavimus.

(e) Hoc Titulo utebatur, qua Director Causarum Regalium & S. Coronæ Fiscalis. Donavit autem illo Regnum hujus munericis Advocatos, ob Excellentiam, qua Officio Regiæ Advocationis reliquos Causarum Patronos antecellunt, cuius intuitu etiam iidem e numero omnium Regni ICtorum exquisite feliguntur, qui aliis quoque Legum peritia præferri queant. Hac tempestate munericis hujus partibus egregie perfungitur Spect. ac Generos. Dn. Magist. Anton.

Gra-

Grafalkovics, Vir non adultæ quidem ætatis, sed Eruditione, Legum peritia & Experientia maxima clarissimus.

(f) In prioribus X. Capitibus accuratam in Iudiciis procedendi Methodum ostendit Author, XI. deinde Capite eum Juris Processum absolvit, qui in Sedibus Judiciar. Comitatum obtinet, tandemque ultimario Capite Processum Fori Ecclesiastici ex Instituto pertractat. Per integrum vero Tractationem data occasione multa ex Jure Canonico & Justinianeo, variisque præclaris horum Jurium Doctoribus repetita, inferuit, quod ipsem in *Præfat. ad eandem Directionem* sponte fatetur, idque Consilii ideo se suscepisse dicit, quod cum Jura nostra suam hisce originem debeant, magnam quoque illa exinde lucem, inque Rebus, Jure nostro non definitis, supplementum adlatura esse, propria experientia edoctus fuerit. Egregium profecto Consilium, quod nec quisquam, nisi rerum omnium ignarus, improbaverit.

(g) Nunquam satis laudari potest isthac optimi Authoris Institutum, quippe quod hac ratione non tantum Junioribus, qui commoda directione destituti, in vastissimo illo Juris Oceano sine notabilis naufragii periculo, vix ac ne vix, quidem tuto navigare possunt, in Doctrinas autem fibi contrariari visas incidentes sèpissime fluctuare solent, egregie consultum iverit; verum provectionis quoque ætatis ICtis

eam in praxi quotidiana opem & utilitatem attulerit, quæ in ipsis Rerum argumentis identidem perspicitur atque probatur. Cæterum diffiteri non possum, multa jam in eo reperiri, quæ vel praxi contraria abolita, vel Constitutionibus subsecutis abrogate sunt, adeoque nullum amplius usum in Judiciis habere possunt, virtute etiam antecit. *Tit. 2. Par. 1. Trip.*
 Utinam igitur ista a quopiam Praxeos & Legum patriarchum bene gnaro, et si non in forma novi *Tra&ctatus*, attamen per additiones colligentur indigitarenturque, ac quæ præterea ex recentioribus Judiciorum usibus observare licet, eidem superadherentur, ut sic & ulterius laudatissima hæc Scripta illibate conservari adhiberique tuto valerent.

§. 36.

Quadripartiti operis notitia, secundum Instituti nostri tenorem, nunc subjungenda veniret, nisi boni illi Patriæ Cives, a quibus primum communicacionem, tandem vero hac, nescio quibus ex causis, denegata, delineationem faltem ejusdem, per omnia musarum sacra, sæpiissimis vicibus petii, surdas mihi præbuissent aures. (**) At parum fortassis refert pleniorem illius cognitionem accepisse,

pisse, quando nunc ex merito nobis laudatus *Kithonicsius*, splendida illa Juris Praxeosque Patriæ Lucerna, Cap. 8. Quæst. 34. dicti *Processus Judiciarii*, tale de eo tulit Judicium: *Secutus*, ait, *Decius*, *ut appareat, in opere suo, (mox recensendo) Opus Quadripartitum, nondum usitatum, cuius sicut nulla est Authoritas absque Confirmatione Principis, ita quoque nullus usus esse potest absque Consensu Populi. Ergo frustra est calceus, cuius nulla est calceatio. &c.*

(**) Pudeat certe viros in spem Patriæ natos, ac meliora doctos, non obscura dare documenta, se quoque *Causis corruptarum Patriæ Artium adnumerandos venire*, dum loco *Lucis*, quam pro suo quisque modulo rebus patriis avidissimo conatu adfundere deberet, Cimmerias potius tenebras iisdem attrahere conantur!

§. 37.

Sequatur ergo *Joannes Decius Barovius*, *Transylv.* qui *Syntagma Iuris Imperialis*, sive *Justinianei & Hungarici edidit*, *Claudiopoli Transylvanorum Anno 1593. in 4.* Quatuor partibus,

Per.

Personarum, Rerum, & Actionum Instituta tractantibus, Librum huncce absolvit Author. In universum vero hoc habet Instituti, ut primum quidem Titulum Juris Justinianei Methodo Erotematica proponat, altero statim vel sequenti Titulo, in quantum puta similem materialam, in Jure nostro reperire potuit, Hungarica annexendo, sèpius etiam utriusque Juris Figuras conjungendo: nihil tamen ostendit speciatim, quibus in Articulis eadem Jura vel convenient, vel ab invicem discriminentur. Præmisit Libro non inutiles *Tabellas*, vocavitque illas *Iagogicas*, quibus totam Tractationem primo statim intuitu ad oculos Legentium exhibet, in fine tandem Operis variarum *Juris Regularum & Sententiarum*, e Jure Romano Civili & Canonico, e Sacris porro Literis ac ipso quoque *Aristotele*, *Demosthene* & *Cicerone* collectarum, *Centurias VI.* adjecit, quas in certas rursus *Decades* digessit. (h)

(b) Non pœnitendam certe operam cupidæ Legum Juventuti præstlit Author, ita enim & Juris Rom. Articulos quodammodo delibare,

ac simul Patrii Juris figuræ cum eodem con-
ferre poterit; hæc tamen longe fuisse accuratior
utiliorve redditæ, si discrepantiam & convenien-
tiam Jurium istorum, ipsumque adeo Usum Jur.
Rom. in Hung. ex ipso Tripartito aliisque Re-
gni Legibus, velut Authenticis, & non e
Quadripartito, nullam in Foris Authoritatem
habente, sedulo labore commonistrando, Do-
ctrinas Theoreticas cum praxi Judiciaria con-
junxit, hoc namque intermissio fieri aliter
non potuit, quam ut Juribus nostris alienam
a praxi mentem attribuerit, hincque multoties
hallucinatus, eam duntaxat laudem sibi conci-
liaverit, quæ scriptoribus privatis & pure The-
oreticis in praxi dari consuevit. Merito igi-
tur ea de causa bene notatus reprehensusque a
Kithonicsio de Dir. Meth. Process. Judr. C. 2. Q.
11. C. 5. Q. 22, & 23, C. 8. Q. 16, & 28.
C. 10. Q. 11. & imprimis C. 8. Q. 34. ex qua
huc pertinentia depromemus: *Nec mirum qui-
dem, cum, ut ipse scribit in 2. sua Praefatione,
ex sola Theoria, & nulla ex Forensi praxi totum
illud Opus compilaret, Usus autem, nedium omnium
Artium, sed & Facultatum ac quarumlibet Doctri-
narum optimus esse soleat Magister. Secundus ut ap-
paret, in dicto Opere suo Opus Quadripartitum,*
nondum usitatum, Inhibitionem facit duplicem, quod
fieri non potest, nisi forte Pythagoricos, idem debeat
esse Leo, qui antea equus fuit.

§. 38.

Bernhardum Bakschaj, condam Johannis de Zapolya Cosiliarium & ICtum Excellentem, ad Tripartitum Opus eruditum Commentarium concinnasse, tradit *Czvittingerus*, ubi tamen expressus sit, non apposuit. Unde hæc mihi conjectura, quod vel necdum editus fit, vel rarissime ejus haberi queat copia, cum nec mihi visus fit hactenus, neque quisquam a ICtis, mihi quidem notis, illum unquam se vidisse, sibi gratulari potuerit.

§. 39.

Inter Epitomatores Tripartiti eminet *Stephanus Afsalay*, olim Vice-Judicis Curiæ Regiæ munere defunctus, qui scripsit *Indicem*, seu *Compendium Tripartiti & Generalium R. H. Decretorum*, ordine Alphabetico digestum, in quo singulæ Juris Materiæ sub certis Titulis, vocibus, ac Quæstionibus propositæ, scite & curate continentur, indicatis semper genuinis Materiarum sedibus. Editio prior, uti ex præfatione elucet, *An-*

no 1650 *Tyrnaviae in quarto* prodiit, postea vero e subsecutis Articulis Regni augmentata, una cum Legibus Thavernicibus sumptibus Ill. Comitiis Georgii Erdödi, *Thavernicorum Regalium Magistrorum*, denuo recusa est *ibidem Anno 1694. eademque forma.*

§. 40.

Eiusdem generis Scriptum est, *Cynosura Jurisperitorum*, in quo loca Decretalia & Articuli novissimarum Constitutionum, usque ad *Annum 1681.* sub vocibus Juridicis, alphabetico itidem ordine collocatis, ita exponuntur, ut sub una voce, v. g. *Causa, Statutio, &c.* omnes statim Leges eo pertinentes, sine difficultate reperiri valeant. Quidam Illr. C. Franciscum de Nádasd, Authorem hujus Indicis laudant, quod tamen ambiguitate non caret. Quisquis sit, utilissimam certe navavit operam, neque solum Tyrribus Juris, sed ipsis quoque ICTIS, & imprimis Causarum Patronis, valde proficiam, cum paucis datum sit hominibus, Angelica gaudere memoria. Atque ea-

dem laus etiam *Aszalayum* manet, quamquam negari nequeat, Cynosuram multis in locis pleniorum, hunc iterum nonnunquam accuratiorem fusioremve illa deprehendi. Prostant ejus duæ Editiones. *Pottendorfiensis* est Anni 1668. quæ Articulis ab Anno 1608.usque ad Ann. 1659. conditis, illo Anno *ibidem* (*i*) in 8. excusis, adnexa fuit. Novissima multo auctior, emendatiorque successit *Leuchoviæ* 1700. in VIII. in qua etiam Articuli Annorum 1681, & 1687. habentur.

(*i*) Ut nimirum Titulus præfert, Typi tamen ostendunt *Aureliam Allobrogum*, sive *Genevam* locum esse impressionis. Videsis *Gryphium*, de *Scriptoribus Seculi XVII. Cap. 9. § 4. in fol.*

§. 41.

Huc quoque pertinet, *Index*, seu *Enchiridion omnium Decretorum & Constitutionum Hungaricarum*, usque ad Annum 1579. per locos Causarum præcipuos ordine antedicto distinctum, memorie Forique usibus admodum utile; quod Principio quidem *Viennæ* 1581. in fol. deinde vero *Leuchoviæ* Anno 1660. cum

Tri-

Tripartito, lucem confexit. Authorem ejus, in *Præfatione* eidem affixa, nimirum Reverend. Nicolaum Thelegdium (k) *Quinque - Ecclesiensem*, declarat *Sambucus*; quo loco tamen simul innuit, se multa ejusdem Capita in commodiorem ordinem redegitte. Cæterum præ duobus prioribus Compendiis id habet singulare, quod in fronte Chronologicam omnium Decretorum & Articulorum emanationem, dispositionem & vigorem usque ad *Annum 1578.* paucissimis quidem verbis, sed accurate pandat, quæ apud alios non legas.

(k) Minus proinde accurate *Sambicum*, hujus scripti Authorem pronunciat, Dn. *Seb. Ferd. Dobner*, in *Præf. Instit. Trip. Jur. Hung. Privati.*

§. 42.

Sed *Joannis quoque Okolicsányi Compendium Decreti Tripartitalis*, ligato sermone compositum, in hoc versatur argumento, cupidæ Legum Juventuti vel maxime ideo commendandum, quod hac ratione longe facilius memoriæ debilitibus opitulari queat. Cui addenda Dn.

Sebast. Ferd. Dobneri, Soproniensis, Scia-graphia Dichotomica Decreti Tripartiti, qua illud sub certis Tabellis, Juris intel-ligendi studio flagrantibus non pœnitendo commodo futuris, proponitur, anne-xo etiam pro coronide Additamento, de *locis parallelis Generalium Regni Decre-torum*, Opus Tripartitum explicantibus atque supplentibus.

§. 43.

Præter modo recensitos, Typis pu-blicis prostantes Scriptores, longe plura ac præstantissima Juris Patrii Systemata Theoretico - Practica passim in Manuscri-ptis habentur (1) apud Causarum Patro-nos, aliosque Regni Proceres & ICTOS, In horum numero est: *Mich. Nyérö*, Causarum U. F. per Hungariam advocati, Volu-men, quod ita inscribitur: *Jurispruden-tia, e Jure Hungarico conscripta, variis-que Definitionibus, Distinctionibus, Regu-lis, Axiomatibus, Rationibus & Argumen-tis, e Jure Canonico & Imperiali ac Expe-rientia Juridica collectis, illustrata, ad-aucta, atque in IV. Libros distributa:*

quo-

quorum primus tractat De Jure in Genere, 2dus De Personis & Rebus, 3tius De Processu Causalium, 4tus De Stylo & Praxi Judiciaria. (m)

(1) Inter illa imprimis excellere arbitror Mſctum Opus, a maximo ætatis ſuæ ICto, Paulo Okolicsányi, elaboratum, quod de Modo in Juris administratione procedendi, antiquitus obſervato, agit. Una illius Pars, ex benevolentia boni amici ad manus meas devenit, quæ tanta ſedulitate & accuratione confecta eſt, ut ego de toto Operे, ſi maxime eruditionem, Jurium Rom. & Hung. peritiam, prætantiam ac ſingularem plane experientiam ejusdem Viri mente mea revolvo, optima ac perfectissima quæque mihi promittam; absolvitur vero illa tribus Quæſtionibus, prima de Oſtavalium, Brevium, Extraordinariorum & aliorum Judiciorum, quidditate, origine, ſignificatione, forma externa & interna, uti loquitur, tractavit; ſecunda priora Exemplis confirmavit, ostenditque non opus fore ea mutari, imo illibate confiſcere poſſe, ſi nec ætas, nec mores hominum mutarentur; Quæſtione demum tertia, utrum Jus & Processus, ſive Judicia Hung. mutari emendarique debeant, idque an novum & Regno utile dici queat, diſputavit. Credo ego & hanc Quæſtionem, cuius initia tantum habeo, quamque iſis odiosam & tædiosam vocat illis, quibus antiqua ſaltem placent, quæ ta-



men nec ipsi servant, solidissime ab eodem explicatam fuisse. Reliquæ partes an super sint, ignoro; si tamen conjecturæ locus detur, putarem, si non plane disceptas, tamen, quæ & reliquorum ejus Mætorum fatæ fuisse audio, adeo dispersas esse, ut vix sper rari queat, illas tam facile coalituras, multoqua minus publicam lucem, visuras. Utinam vero me falleret opinio! Neque defraudanda mihi videtur æstimatione sua, *Delineatio Logico-Ju ridica operis Tripart.* quam Scholæ olim Rosnavien. Rector dignissimus, Mich. Miffovicz, in gratiam Studioræ Juventutis, quam raro plane, sed optimo ac b omnibus merito imitando exemplo, in Scholis quoque primis Legum patriarum Elementis imbutam volebat, per modum Interrogationum & responsionum confecit; sedulo namque labore contenta Tripartiti Operis in illa exhibentur, nisi quod ea quoque si ne discrimine extraxerit, quæ jam usu aut Le ge contraria antiquata sunt, adeoque vel omitti, vel moneri debuissent, ne animi dis centium confundantur.

(m) Meretur hic Author optimo Jure laudari , tum ex eo, quod subtilitates Juris Rom. tan quam Regno & Legibus Hungar. minus applicabiles, migrando, ea tantum ex eodem & Pontificio Jure depromat, quæ ipsi quoque rationi & æquitati naturali sunt convenientia , adeoque ad nostrorum Jurium intellige ntiam mul-

multum omnino faciunt, tum etiam, quod simul ad practicam Legum applicationem, accuratamque procedendi Methodum Juventutem manuducat & probe instruat, quæ idcirco illum sibi habeat commendatissimum.

§. 44.

Proximum locum huic Volumini sibi vendicat, *Stephani Istvánfi*, I. Comitatum Gömörien. Borsodien. & Thoren. Jur. condam Notarii Scriptum, cui Titulus est: *In Decreto R. H. Generali*, ut vocant, & *Tripartito Werböcziano* ac *Novellis Constitutionibus publicis*, nec non quoad *Processum*, in *Directione Kithonicsiana contenti Juris Hungarici*, *Extractus*, super *Juribus Personarum*, *Rerum & Actionum*, pro ejusdem *Juris Tyronibus in brevissimas Quæstiones*, *tribus Sectionibus (n) insertas*, *formatus*. Præ cunctis vero aliis in pretio habendam existimo, Perillustris ac Generosi Domini *Pauli Prileczky*, inter Principes hoc tempore Hungariæ ICTOS longe celeberrimi, *Directionem Processualem circa Causas in Comitatibus & coram Judicibus illo-*

H 5 rum,

*rum, in Sede quoque Dominali Dominorum
Terrestrium, ventilari solitas.* (o)

(n) Hæ, quid in se contineant, ex recitato Titulo satis apparet, ad hujus etenim normam universam Tractationem accomodavit Author experientissimus. Plus tamen in ipso Opere præsttit, quam in Fronte Libri promiserat: namque Institutum ejusdem non extractione tantum Generalium & Tripartitalium Regni Legum, Directionisque Kithonitsianæ terminatur, sed præterea multa in praxi occurentia, dictis Quæstionibus eo studio eaque perspicacitate deducit, quam apud reliquos nusquam reperiveris; adductis etiam identidem Observationibus, quænam præcipue Leges, & quo tempore mutatae, aut prorsus sublatæ fuerint, præmissaque in Principio Operis accurata explicatione obscuriorum Juris Terminorum, ordine alphabeticò apposita, Dignus proinde, qui æquis celebretur Encomiis, ac si id unquam foret possibile, publicis exscribatur Typis.

(o) Praxeos Judiciariæ Studiofo, ac ad agendas olim in Foro Causas se præparaturo, inæstimabilis hic debet esse Thesaurus, modo quis scientia Legum Patriarum instructus, ad Lectiōnem scripti, vere pragmatici, accesserit. Utinam plura consultissimi hujus Viri scripta in aliarum quoque Causarum Processibus extarent, quod tamen a Viro tot publicis Patriæ rebus,

rebus, ac aliis infinitis propemodum negotiis
fere obruto, disiderari non potest,

§. 45.

Ad cognitionem Processus Comitatensis, imprimisque I. Comitatus hujus Scepusien. multum præterea facit, *Processus Judicarius, in Comitatu Scepusien. observari solitus, Authore Andrea Székely, Egregio condam in his Partibus Causarum Patrono, Anno 1696. die 2. Men. Jan. in pago, Hunsdorff vocato, perfectus, duabus Partibus, in nonnulla Capita relatis, constans.* (p) Neque vero silentio involvere possum Perillustris ac Generosi Dn. Andreæ Szirmay de Szirma Beffenyé, Juris Consultissimi Viri, *Compendium Tripartiti*, quod primum quidem Charissimis duntaxat filiis suis, in Jurisprudentia patria privatim a se informatis dictaverat, deinde vero ex amica illorum communicatione ad nostras quoque manus devenit. (q) Exstat quoque *Manuscriptum Authoris Anonymi de Processu Juridico, cum forma Styli Juridici, in Processibus Causarum, in Inclytis Hung.*

Co-

Comitatibus observari soliti, ac in Synopticam classem redacti. Cujus primarius Liber de quorundam Comitatum Cis-Danubianorum Processu agit, innuente id ipsum Praeambulo, quod huic Manuscripto appositum est. Posteriores tamen illius Partes mihi non poterant innotescere, quod quidem non parum doleo: editio namque omni cum accurate & industria elaborato praeambulo, non temere colligo, totum Opus accurate & diligenter esse consummatum, ac adeo non postremæ utilitati futurum.

(p) *Industria Authoris in hocce Libello præsita, non est privanda suis Elogiis, & quia Institutum quoque, in quo Opera illius versatur, ipsam praxim concernit, hinc omnibus praxeos addiscendæ desiderio accensis, merito commendari potest, dummodo ab usu nunc quoque obtinentibus, antiquata rite discriminentur. Capite 18. sub Quæstione, utrum incattum repellentem ad sedem Judiciariam Comitatus citare oporteat? mentionem quoque facit, Processus Ofiavalis Magistri Prothonotarii, Joannis Szakmary, qui tamen mihi necdum visus est.*

(q) *Prorsus singularem Authoris Industriam in eodem Compendio deprehendere licet, namque*

que ad quemlibet Tripartiti Titulum accurate ostendit, in quantum in usu, vel jam desuetudine inumbratus sit, præterea vero multa ex praxi, quæ in Tripartito non occurunt, & tamen omnino observantur, adeoque necessariam requirunt scientiam, v. g. de *Divisionibus*, *Testamentis*, & ut reliqua taceam, de *Contraetibus*, quorum Cautelas quoque pulcherrimas & scitu summe necessarias, cum Stylo, quibus illi caute expediri debeant, ad Tit. 134. Part. I. *Tripartiti*, exhibit, inseruit. Idem & Indicem *Tripartiti Generaliumque Regni Decreto-rum* ordine Alphabetico conscripsit, qui multa in parte completior est Cynosura Juris, supra recensita: rarius tamen ejus Copia haberri potest, quam prædicti Compendii, quod apud quosdam tantum in Mscpto hæreat.

§. 46.

Reliqua hujus Instituti Manuscripta, tanquam mihi non visa, nec aliunde cognita, vel invitus præterire debeo, nihilominus tamen persuasissimum mihi habens, me ne centesimam quidem illorum partem enumerasse. Optandum omnino esset, a quolibet probo ac solidam Juventutis Patriæ Eruditionem legalem sincero corde percupiente ICto Patriæ nostræ, ut hujusmodi

modi Jurium & Praxeos quotidianæ Cimelia e tenebris in lucem tandem aliquando educantur publicam. Quod tamen eo minus unquam sperandum, quanto certius affirmare possum, paucissimos Hungariæ cives in ejusmodi labores proprios sumptus erogare solere, Editoresque, qui suis expensis Libros alienos imprimi curarent, ac præterea fatigations Authoris condigno munere compensarent, sicut in Germania aliisque Regnis observari videntur, quod summopere dolendum, ac non minimum Rei Literariæ apud nos detrimentum est, Hungariam hactenus non habere.

§. 47.

Ex Collatoribus *Juris* Tripartitalis, de quibus nunc ex ratione Propositi dicendum, duos tantum invenio, quos operæ pretium erit, indicare, nempe *Joann. Otton. Thaboris J. U. D. & Argentinen. Antecessoris* meritissimi, Collationem *Juris Romani & Hungarici quoad prima Juris principia, Argent. A. 1651.* in 4to editam, quæ postea cum cæteris ejus-

ejusdem lucubrationibus etiam *in folio* prodiit: & Fr. Foris Ottrokocsi, supra laudati, *Experimentum Reductionis Juris Hungarici ad suos fontes, sive Collationem Juris R. & H. in certis exemplis, Tyrn. 1699. in 12mo excusam.* In priori opere, duas *particulas* & quasdam *Sectiones* habente, circa prima duntaxat utriusque Juris principia conferenda versatur Institutum Authoris optimi, tanta quidem cum accuratione & industria, ut nihil prorsus ab eodem desiderari, idemque ea in parte, omnibus anteferri queat. In hac ipsa tamen collatione plures quoque Juris nostri Articulos attingit, uti & in *fine part. primæ, de Nobilitatis Hungaricæ Origine & Progressu* perbelle disputat. (r) Ottrokocsianus quoque Labor, qui tribus philyris perficitur, licet nonnullos Juris Casus specialiori quodammodo, nec minoris sedulitatis laude, eruat & exponat, terminos tamen Experimenti non egreditur; ut adeo neutri perfectæ Collationis eorundem Jurium Elogium, ex merito tribui posse, videatur. Cæterum duobus hisce (s) Collato-

ri-

ribus comitis loco mea quoque *Dissertatio de Vsu & Authoritate J. Civ. R. in Regno Hung. circa Doctrinam de Patr. Pot. A. 1717.* Jenæ in 4to habita, adjungi potest, quippe qua omnino Collationem talismodi Doctrinæ adornavi, ac simul usum extranei Juris hujus, quem in intelligendis explicandisve Patriæ Legibus ab illo sperare liceat, non inconcinne, ut puto declaravi. Et hæc de Scriptoribus, qui Decretum Juris Consuetudinarii I. Reg. Hung. Tripartitum eruditis laboribus suis excoluerunt. (t)

(r) Quæ omnia in certas *Tabellas*, Tyronibus utique commendandas, redegit, *Ferd. Bebam*, in calce *Addit. ad Disquisit. Bernegg. de Reg. Hung. appositas.*

(s) *Dn. Sebæst. Ferd. Dobner* supra a nobis laudatus, in jam nominata *Praef.* mentionem quoque injecit certæ *Collationis Jur. Rom. Civil. atque Hung. Authore J. E. Prayning*, *Judice olim liberæ Religiae Civitatis Sopron.* adornatæ, atque in Mscpto existantis; sed hactenus nec de labore Authoris, neque ipsius etiam Msceti contentis plenam obtainere mihi licuit notitiam. Eodem loco etiam *Commentarium ejusdem Mscptum ad Tripart. Opus* attingit; sed utinam de utroque hoc scrip-

pto

pto plenius informaret Orbem exuditum, siquidem utriusque possessione se frui testaretur.

(1) Superpondium, quod Schediasmati, de *Auspicio Regio Steph. I. Hung. Apostoli, Jenæ Anno 1717.* edito, adjeci, non equidem retulerim in hunc Numerum, forte tamen & illud occasionem dare posset, pleniora hocce in argumento meditandi,

SECTIO TERTIA.

De Jure Hungariæ a temporibus Compilationis Decreti Trip. usque ad Augustissimum Rom. Imperatorem CAROLUM VI. modernum Gloriosissimum Hungariæ Regem.

§. I.

Postulat Instituti ratio, ut quas Juri um accessiones acceperit Hungaria, post tempora Compilationis Tripartiti, breviter etiam nunc explicemus. Hic autem primum se mihi offerunt Constitu-

tiones LUDOVICI SECUNDI, superiori
Sectione collaudati Vladislai Regis filii,
quem vivente adhuc Patre, in ipsis cu-
nabulis inter nutricis fœminarumque mi-
nisteria agitantem Diadematæ Regio orna-
tum fuisse, ac deinde, Anno ætatis suæ
decimo, Sceptra paterna suscepisse, in-
dubia Scriptorum fide scimus. Septem
vero habemus ejus Decreta. Et *primum*
(a) quidem A. 1518. in festo B. Jacobi
Apostoli Tholnæ, Oppido in Comitatu
nominis ejusdem existente, occasione spe-
cialis Regni Conventus, *alterum* (b) de-
inde in festo ejusdem anni, B. Michaëli
sacro, Bacsiae, *tertium* postea in Con-
ventu A. 1519. itidem Bacsiae celebrato,
reliqua vero ordine, in margine recensi-
to, sancita sunt & publicata. (c)

(a) Quod tamen usque ad futuram duntaxat Diætam,
post trium annorum decursum celebrandam,
valere debebat, uti liquet ex *Art. 44.*

(b) Hoc in plerisque 'Mscis Exemplis non re-
peritur.

(c) Videlicet, *quartum* Anno 1521. die 23. Novemb.
in Comitiis Budensibus, *quintum* die 24. Aprilis
1523. rursus Budæ. Nota: *Anno* sequenti in
Cam-

Campo Rákos festoque B. Mariæ V. turbidus celebrabatur Conventus, quo etiam nonnulli Articuli conclusi sunt, qui tamen in Diæta Anni 1525. in eodem Campo habita, simpliciter reformati erant, adeoque nullum habent vigorrem. In hac autem ipsa Diæta *sextum* ejus Decretum confectum est. Eodem Anno in Feso Nativitatis B. Joannis Bapt. inque Oppido Hatvan Regnicolæ Congregationem instituerunt, quæ tamen, cum citra voluntatem & consensum LUDOVICI suscepta fuisset, testibus ejusdem Litteris, ad omnes Regni Comitatus datis, ideo & acta ejusdem Congregationis *Articulo 17. Diætæ Anni subsecuti* prorsus antiquata sunt & abrogata. Quod pariter bene observavit Petr. de Reva, Cent. 6. pag. 65. quem hic audire opportet: *Detraçlam Bathorio Palatinalem Dignitatem Verböczio attribuunt, missis ad Ludovicum audacissimis*, qui eum ad Comitia Hatvanum boni publici causa vocarent. Ille tanquam a faciosorum Conventu abhorrens solutionem illius serio mandat, & tandem instantius data fide publica vocatus Hatvanum pervenit, ubi per Verböczium impudenter Decreta enumerata, Confirmatio eorum postulata, quæ ipsi, etiam non curata Confirmatione, pro ratis habere vellent. Quæ Rex vana omnia, & irrita pronuncians, sub criminе lœsa Majestatis & gravis animadversionis Conventus solutionem præcepit. Comitia futura indicturum se, ad quæ venire deberent, promisit, quibus dictis Budam rediit. Diæ-

tæ tandem termino in Campo Rákos A. 1526. pro festo B. Georgii celebratæ, Verböcz & Zoby, velut perduellionis capita, citati, ubi non responderent, proscripti sunt, Palatinalis dignitas Barborio restituta. Statutum denique est, ut deinceps semper, non per tumultum, vel alia via et ratione Palatinalis Diuitias a quoquam auferatur, sed Juridice, pro tali cvidem criminis, quo non officio tantum sed & Caſite mulctari posset, alias semper vita comite duraret. Unde simul septimum Ludovici Decretum intelligimus.

§. 2.

Dubio procul pluribus quoque bonis Legibus exculturus fuisset Patriam nostram *Ludovicus*, præstantissimæ indolis atque ingenii Princeps, quodsi longioris vitæ felicitate perfri, nec tam subitaneam fatorum vim subire, eidem datum fuisset.

§. 3.

Post fatalem Ludovici Regis interitum, FERDINANDUS I. Princeps liberalissimus & munificentissimus, (d) repetiit matrimonium cum Anna, filia Vladislai II. & Sorore germana Ludovici Regni que Hungariæ hærede, veterique optimo

Ju-

Juri novum ita addendo, universum Hungariæ Regnum AUGUSTISSIMÆ DOMUI AUSTRIACÆ omnibus longe felicissimis, adjunxit, quæ DOMUS AUGUSTISSIMA sicuti admodum coangustatos injuria temporum Hungariæ limites victoribus & gloriosissimis armis suis, laudatissima felicitate gestis, perquam aductos reddidit, ita Juribus quoque Patriis incrementa attulit amplissima. (**) Cujus rei luculentissimo Documento esse possunt tot saluberrima, Regioque Imperio dignissima Decreta, quæ Augustissimis auspiciis tam dicti potentissimi Regis FERD. I. (e) quam & eundem continuato successionis ordine excipientium, Augustiss. Imperatorum & Regum Hung. utputa MAXIMILIANI II. (f) RVDOLPHI II. (g) MATTHLÆ II. (h) FERDINANDI II. (i) & III. (k) optimo consilio condita sunt & promulgata. (l)

(d) His plane meritissimis Regiarum Laudum titulis eundem cohonestavit Petr. de Reva, d. Cent. 6. pag. 90. Excessit tandem, ait, rebus humanis Viennæ Austr. Anno etatis 61. Princeps liberalissimus & munificentissimus, utpote qui fideles

suos multis cumulare solitus est beneficiis Privilegiisque, multarum salutarium Legum conditor, pietate ac sanctitate morum nunquam satis laudandus, consiliis validus, de Hungaria optime meritus. Et luctucentius pleniusve *Istvánfius, Rev. Hung. Lib. 21, sub f.*

(***) Pertinet id quoque ad magnitudinem, prærogativas atque Eminentiam Augustæ Domus hujus, quibus præ melioris Europæ maximis Principibus, Jure meritoque optimo, principem sibi palmam vendicat. Non patitur Instituti nostri ratio, ut hisce afferendis recensendisque fusius inhæreamus, unde etiam B. L. ad laudatam sæpius Germ. Pr. *Ludvigianam* remittimus, utpote qua Author toto Capite 8. L. i. non tantum Cæsareis Diplomatibus & Privilegiis, sed aliunde etiam adductis, eoque collatis 55. argumentis speciatim ac solide ostendit, quæ et quanta sit hæc Eminentia, e quibus summopere mihi placere videtur §. 40. qua inaudita ac plane singularem AUSTRIACÆ DOMUS Justitiam & felicitatem hocce prosequitur Elogio: *Austriacam Domum Matrimoniiis sua incrementa debere, non Virtuti, acerbo labore scribunt Galli. Hi enim dolent, Galliæ Regibus in nullo unquam Matrimonio ita felicibus esse licuisse. Contra hoc gaudent elogio Austriaci, quod vel insimur Agricolæ casam non possideant. quam inter cædes & lachrymas aquisiverint, ratione que cum injuria alterius conjuncta.* Equidem &

Do-

Dominus Seb̄st. Ferdin. Dobner, id operis suscepisse tentasseque videtur in Libello, quem vocavit: Die unvergleichliche Vortrefflichkeit, unbeschreibliche Höhe und Präeminenz des Großmächtigsten &c. Erz-Hauses von Österreich, &c, sed eo duntaxat successu, quo desideria Orbis eruditii vix effugere possit: Eminentia enim ista ex sua dignitate pertractata integra requirit volumina, non ut hujusmodi lucubrationibus exauriri queat. Rationes ob quas Author diem locumque emanationis subticuerit, nunc non scrutabor, crederem illud non temere factum fuisse, illud saltem indico, Soproniensi & quidem propria Authoris Typographiae illum natales suos debere.

- (e) Magnus horum est numerus, viginti enim & unum habentur, quibus Articuli, juxta seriem emanationis nunc paucis recensendi, continentur. Et quidem in primo *Art. Budensis Anno 1527.* statim post Coronationem ejusdem editi. Ex *Art. 3* observamus, jam tum electos fuisse sedecim *ICTOS*, qui universa Regni Decreta emendarent, inque unum *Corpus redigerent*, subsecutura Diæta per Regem confirmandum, quam tamen piam intentionem, procul dubio, temporum injuria sufflaminavit. 2. *Art. itidem Buden. Anno 1528.* 3. *Art. Posonien. Anno 1536.* 4. *Art. rursus Posonien. pro festo Conversionis B. Pauli Apost. Anno 1537.* conditi & eodem *Anno Viennæ* viva

Voce Regia confirmati. Notandum, *Anno* 1538. in Congregatione Generali Universitatis Dominorum & Nobilium Regni Sclavoniae, quæ Crisi habebatur, per eosdem certos Art. fuisse appositos, quibus potissimum de modo Expeditionum Bellicarum adversus Turcam suscipiendarum & Accessoriis actum. 5. Art. Novisoliens. *Anno* 1542, 6. Art. Posonien. *eiusdem Anni*, in festo omnium Sanctorum emanati, Novisolienses partim explicantes, partim modificantes. 7 Art. denuo Novisoliens. *Anno* 1543. in festo B. Elisabethæ editi, ac deinde *Anno* 1544. Pragæ per Regem confirmati, quibus etiam Admonitio suæ Majestatis, ut I. Status & Ordines Regni conjunctis viribus contra perpetuum Christiani Nominis hostem se instructos reddant, adnectebatur, 8. Art. Tyrnavien. *Anno* 1545. intuitu hujus admonitionis factj dieque ultima Men. April. extra Art. 4, 32, 42, 50, 53, 55, & 56. certis ex respectibus modificatos, confirmati. 9. Art. Posonien. *Anno* 1546. diē penult. Men. Febr. 10. Art. Tyrnavien. *Anno* 1547 sanciti, Anno demum sequenti die 22 Febr. Augustæ Vindelicor. explicati responsione Regia & confirmati. 11. Art. Posonien. *Anno* 1548. die 22. Novemb. lati. Horum Art. 21. denuo determinatum erat, ut aliquot Jurium periti Viri eligantur, qui Leges Regni revideant, & si quid contra Aequitatem Jusque divinum esse videbitur, in melius reformatum, cuius rei acceleratio etiam Art.

10. An-

10. *Anni 1550.* constituta. 12. Art. pariter Posoni-en. *Anno 1550.* d. 13 Febr. 13. Art. Posonien. *Anno 1552.* die 26. Martii. 14. Art Soprouien. *Anno 1553.* die 19. Maji, 15. Art Posonien. *Anno 1554.* die 12. Men. April. 16. Art. Posonien. *Anno 1555.* Augustæ Vindob. confirmati. 17. Art Posonien. *Anno 1556.* die 25. Januar. 18. Art. Posonien. *Anno 1557.* d. 3. Julii. 19. Art. Posonien. *Anno 1559.* d. 10 Mart. Aug, Vind. approbati exhibentur. 20. Ejus decretum Viennæ prodiit *Anno 1560.* die 10 Aprilis, quod tamen particulare est, sonatque dunata-xat de Bonis Ecclesiarum Hungariæ non abalienan-dis, iisdemque quoquomodo abalienatis, restituendis. 21 denique Art. Posonien. *Anno 1563.* die 13 Novemb. sanciti insunt. Accuratam ut alias, horum quoque Decretorum mentionem facit Petr. d. Reva, d. Cent. 6. p. 83. verbis sequen-tibus: *Quapropter hoc Tempus continua quadam serie, ab Anno præsenti, (scil. 1545.) usque ad 50num, condendis Legibus occupabatur, quas plurimas, plurimæ in Regno inordinatæ confusiones necesi-sario extorquebant. Et paucis interjectis: Doleo enim referens, quam in diversas partes tum nobilissimum Regnum vindex ira DEI discerpi permis-erat. Illinc Turcæ, hinc scissæ in diversa studia fa-ctiones, rei parandæ compendia sequi non negligeb-ant. In horum remedium Posonien. Tyrnavien. No-visoliens. Conventus crebro instituti, Juris & Ju-stitiae, quasi postliminio reducendæ, (quod aqua tur-bida singulis piscari licuit commodius,) consilia inita.*

(f) Hujus Regis septem Decreta exstant. Estque primum, *Anni 1566. d. 2. Maii Augustae Vindelicor.* 2. *Ann. 1567. d. 27. Julii, Posonii confirmat.* 3. *itidem Posoniense, Ann. 1569. d. 26. Octob.* 4. *Posenien. Ann. 1572. d. 27. April. decem duntaxat Articulis constans, quibus de futura Rudolphi, Filii ejus, Coronatione statuitur.* 5. *Etiam Posenien. Anni ejusdem d. 15 Oct. quo tempore haec Coronatio instituta fuit, adjectis quatuor aliis de rebus Articulis.* 6. *Vien. nense, Anni 1574. d. 4. April.* 7. *denique Vien. nense fuerat, & quidem Anni 1576. d. 22. Febr.*

(g) *Quindecim Decretis de Hungaria sua optime meritus est Rex hic fortissimus. Prodiitque primum Posonii Ann. 1578. d. 13. April. quo præcise de publicis Regni Negotiis actum.* 2. *iterum Posonii Ann. 1582. d. 19. Febr. Octo in illo habentur. Articuli, de Judiciis celebrandis, eorumque Judicibus disponentes.* 3. *eodem loco Ann. 1583. d. 28. Aprilis, cui tres tantum sunt Articuli.* 4. *Posonii Anno 1587. in Conventu Regnicolarum, cui Seren. Princeps Archi-Dux Austriæ Ernestus nomine Regio præerat, Pragæ Ann. 1588. d. 28. Jan. confirmatum. Art. 28. Novi & reformati Calendarii usus ita admissus fuit, ut Judicia & Expeditiones sub veteri & hoc factæ in suo vigore maneant.* 5. *In eadem Civitate, confirmavitque illud Rex Pragæ Ann. 1593. quo & emanaverat, die 20. Martii.* 6. *Denuo Posonii Anno 1595. in Comitiis ad d. 10. Jan. illuc indictis, eratque 15. Martii Pragæ confirmatum.*

Habentur quoque in eodem Art. *Tractatus & Fæderis cum Principe Transylvaniæ Sigism. Báthori de Somlyó initi & conclusi.* 7. Rursus Posonii, Præside serenissimo Austriæ Archi-Duce *Matthia d. 15. Jan. Ann. 1596.* confirmatum *Pragæ d. 26. Martii.* 8. Quoque ibidem in Conventu, ad festum Purificationis B. Mariæ V. indicto, sub Præsidio ejusdem Archi-Ducis *Anno 1597,* quod deinde *6. Maii,* Confirmationem accepit. Neque minus *9. Posonii Ann. 1598.* in festo *Conversi. B. Pauli Apost.* quo tempore præsente Seren. Austriæ Archi-Duce Maximiliano, Magni Magistratus Prussiæ Administratore, Generalis Regni Diæta celebrata fuit, approbatum *Pragæ d. 17. Martii.* Similiter & *10. Posonii Ann. 1599* subscriptum a Rege in eadem Pragensi Civitate *anno eod. 3. Apr.* Ita etiam *11. cum reliquis omnibus Posonii in Festo diætæ Purif. B. M. V. munitum subscriptione Regia d. 5. April. Ann. emanationis 1600.* *12. Anno 1601.* ejusdem Festi tempore, subscriptum Regiis manibus *Pragæ d. 15 Aprilis.* Laudatus Archi-Dux Matthias, his quoque Conventibus præsidebat Regia in Persona, unde non mirum publica Regni Negotia curatius fuille tractata. *13. Anno 1602.* in festo B. Petri Apostoli confirmatum *Pragæ d. 20 April.* *14. Anno 1603.* d. *4. Febr.* eodem loco *15. April,* cofirmatum. Seren. Archi-Dux Maxim. Ernestus hic præsidebat. Tandem *15. Anni 1603.* d. *3. Febr.* prodiit, Confirmationem Regiam

I. Ma-

1. *Maji. Ann. 1604.* in s̄epiū nominata Civitate Pragensi sortitum. Hic quoque commemo-
randa celeberrima illa sic dicta *Pacificatio
Viennae. Anno 1606. die 23. Junii* conclusa,
publicum tamen potius Regni statum comple-
xa. Confirmata est *Vienn. d. 16. Septemb. ejus-
dem Anni.* Conditiones Pacis, quas vocant,
Anno 1606. d. 11. Novemb. inter hunc Regem &
Turcarum Imperatorem statutæ, quæ hoc loco
pariter occurunt, cum in publicis Regni Juribus
versentur, aliis occasionibus relinquuntur.

- (b) *Quatuor Decretis generalibus Jurisprudentiam
Patriam adauxit MATTHIAS II.* emanarunt
illa sequentibus annorum seriebus: *Primum nem-
pe Posonii An. 1608 d. 6. Decembris,* con-
tinetque Articulos Diætæ ejusdem *Anni il-
luc indictæ ante & post Coronationem editos.*
2. Occasione Gen. Conventus Posonien. *Anno
1609. d. 1. Novemb.* confirmatum *d. 23. Jan.
1610*, quo Matthias jam Bohemiæ quoque Rex
fuerat designatus, Imperatoria licet dignitate
necdum conspicuus. *Judicia Regni Brevia
Octavia, quæ a multis jam Annis propter
continuos bellorum tumultus cessaverant, quasi
postliminio iterum in usum revocata sunt &
instituta Decreti hujus Authoritate.* 3. *Anno
1613. d. 24. Febr.* ibidem, confirmatum Vien-
næ *d. 25. April.* Qua tempestate jam Imperato-
riam Regiamque Bohemiæ Majestatem tenebat
Matthias. 4. Quoque Posonii *Anno 1618. d. 4.
Martii, in Comitiis Regni, quibus FERDI-*

NAN-

NANDUS II. jam Rex Bohemiæ , & Patruelis Matthiæ , sed Filii & hæredis sui loco per eundem nominatus , ob excellentes & Heroicas , ut stylus Decreti sonat , animi ingeniique dotes , unanimi Regnicolarum Voto in Hung. Regem electus fuerat atque coronatus.

- (i) *Quatuor ejus Decreta habemus , quibus Jurisprudentiæ nostræ fines non paſum prolati sunt. Primi igitur constitutio evenit Ann. 1622. d. 1. Maii. in Conventu Sopronien. Confirmatio postea Viennæ secuta d. 18. Aug. Circa Juris & Justitiæ cursum plurimæ ac utilissimæ Leges hoc Decreto sancitæ sunt. 2. ibidem Anno 1625. in Gen. Regni Diæta , cui tametsi ipfemet interfuiſſet , nihilominus 20. duntaxat Decembr. Viennæ illud confirmavit. Articulis hoc Decr. contentis potissimam occasionem dedit Electio & Coronatio FERDINANDI III. qua maximi natu filii sui , in Regem Hungariæ , quæ hoc tempore peracta fuit , tefle Art. 3 Interim multa tamen in Juris Negotio condita sunt , quæ omnino notari merentur. 3. Anno 1630 sub initium Maji in eadem Regia Posonien. Civitate , cum Confirmatione sub die 24 ejusdem Men. ibidem facta. Ultimi denique , Anno 1635. in festo S. Andreæ Apost. Sopronii , quod ibidem quoque confirmavit Ferd. d. 15 Febr.*
- (k) *Decreta ejus quaternarium Constitutionum paternarum numerum plane exequant. Ita vero se habet sanctionis illarum series: Quod primum, in Annum 1637. d. 21. Septemb. incidat, Con-*
firma-

firmationem *Anno* demum 1633. *d. 26. Martii.*
Posonii noctum, ubi & emanaverat. 2. *Anno*
1647. in principio *Men. Maii.* & circa finem
Aug. in hac ipsa Civitate sancitum, ac dein-
de 16. *Junii.* Regio consensu & approbatione
munitum fuerit. Sereniss. Princeps FERDIN.
IV. qui Bohemiæ Regni Gubernacula jam fue-
rat adeptus, eotum in Regem quoque Hunga-
riæ electus fuerat & coronatus, quod ipsum
Art. 2. insertum videmus *Art. 1.* hujus Decre-
ti Palatini electio continetur, ut adeo electio
Regis illa posterior sit. Cujus rei rationem
procul dubio in eo collocandam putaverim.
quod Palatinus Regni Regem cum Regnicolis
eligere soleat, quippe ad cujus Officii partes
id etiam maxime pertinet, hincque ille prius
eligi debuerit, confusionis evitandæ causa.
Unde etiam deinde Articuli hoc sequuntur or-
dine, in subsecutis quoque Regum Decretis
similibus occasionibus observato. Exstat quo-
que *Art. 5.* Diploma Regium *Pacificationis* cum
Principe Transylvaniæ G. Rákóczi. Sed cæteris
prætermisssis, notamus Articulum 22. quo *Tribu-
nal Dominale*, contra Leges Regni introductum,
sublatum est. Illud vero fuit Dominale Tribu-
nal, quando Domini Prælati & Magnates Re-
gni, Nobiles illos, qui in territoriis illorum
beneficio vel collatione hujusmodi Magnatum,
vel Antecessorum suorum Bona quæpiam pos-
sivebant, coram Tribunalu suo Juri stare, Li-
terasque & Literalia Instrumenta producenda

præ-

prætendebant. Quam rem, cum iidem Nobiles in controversiam sumissent, eaque de causa in publico Regni conventu conquesti fuissent, hinc Domini Prælati & Magnates ab hoc Tribunali causisque illuc derivatis supersedere jussi sunt *Art. 2. A. 1638.* quod tandem, uti attactum, dicto *Art. 22.* prorsus abrogatum erat. *3. Ann. 1649. d. 25. Jan.* rursus Posonii latum sit, addita illi confirmatione sub *d. 3. Junii.* in Arce, huic Civitate adjacente. Ac tandem quartum, *A. 1655. d. 3. Julii,* itidem in dicta Arce editum sit, *Articulos Dietæ,* ad *d. 24. Jan.* ejusd. Anni Posonium indictæ, exhibens.

(1) FERDINANDI IV. Principis magnæ atque excelsæ exspectationis, nulla sunt Decreta, quod superflitæ adhuc Patre, in ipso ætatis suæ flore, e vivis excessisset.

S. 4.

Restat LEOPOLDVS MAGNUS, qui Ferdinando III. piissimo Parenti suo præter spem hominum, in magnam tamen rerum humanarum, ac imprimis afflicti hujus Regni felicitatem, Divina sic jubente Providentia, successit. Princeps, qui septem & quadraginta annis, per quos meliorem Orbem rexit, tanta rerum gestarum magnitudine ac gloria excel-

excelluit, ut Majores suos longis intervallis post se relinquere, suæ etiam ipse posteritati omnino interesse videatur. (m) Neque vero minorem gloriam apud omnem posteritatem promeritus est, Rex Augustissimus & Invictissimus, flagrantissimo ac prorsus singulari Justitiæ amore atque exercitio; quippe quam tantopere fibi curæ habuit cordique, ut omnia ad æquissimam illius lacent voluerit accommodata; qua quidem de re non externa tantum, ac propemodum infinita loquuntur Monumenta & Instituta, ad exactiorum celerioremque Justitiæ administrationem prudentissimo consilio directa, sed ipsa quoque dulcissima Patria nostra locupletissimum agit testem; (n) quippe quæ multas & sapientissimas optimo huic Regi debet Leges, quatuor Decretis generalibus comprehensas. (o)

(m) Verbis scribo, utorque Judicio Joannis P. Ludvigii, habito in d. Germania Princ. Cap. I. §. 19.

(n) Hinc quoque est, quod eadem recentem ac plenam adhuc LEOPOLDINÆ pietatis hujus & Justitiæ memoriam recolendo, in Praef. ad Art. Ann.

Ann. 1715. in hæc devotissima verba eruperit:
ipsa videlicet summe memorati felicissimæ recordat.
LEOPOLDI Gloriosissimi, pii, Justi, atque clementissimi Regis & Patris Patriæ, mors.

(o) Quæ hac serie consideranda veniunt. Subscriptum nempe erat primum a Rege in Arce Posonien. Anno 1659. d. 4. Decemb. habens in se Articulos Diætæ Gen. quæ eodem Anno in hac Civitate d. 21. Julii. celebrari occœpta est, ipsum quoque *Diploma Leopoldinum*, tempore Coronationis suae Regno datum, Exhibens. Secundo, quod Articulorum, in Comitiis *Anno 1662.* initio *Maji* inchoatis, conditorum, complexus est, die 19. Septemb. *Anni ejusdem* calculum suum Regium addidit. Tertium Sopronii *Ann. 1681.* d. 30. Decemb. etiam in Conventu Regni emanavit. *Ann. 1687.* pro festo S. Lucæ Evang. Diætam denuo indixerat **LEOPOLDUS**, quæ tamen ad sequentem Annū ejusque diem festum, Convers. S. Pauli Apost. pandentem, prolongata fuerat. In qua quidem Diæta iterum plures conditi sunt Articuli, vel ideo maxime memorabiles, quod iisdem Sereniss. Princeps JOSEPHUS Diadema, dignitatem, hæreditatemque Regni Hung. faustissimis successibus obtinuerit.

§. 5.

In fine hujus Sectionis gravissima mihi Querela habenda est, super tam in-

K

exspe-

exspectata ac præmatura morte glorioſæ memorię Regis JOSEPHI, quem prouidentissimus futurarum Regni prospexitatum Parens, LEOPOLDUS M. Anno Orbis Redempti 1687. die 17ma Mens. Novembr. in Generali Pofon. Conventu primum hujus nominis atque hæreditariū Regem & Dominum, non sine mirifico totius Regni folatio, (p) Hungariæ dederat. Hujus enim interventu factum est, quod Rex desideratissimus, ac Virtutum paternarum imitantissimus, Hungariam suam nullis Legibus consolari potuerit, (q) quas alioqui longiore vitæ curriculo gavisus, pro innato fibi erga Justitiam & Juris quoque prudentiam amore, (r) certo certius sancturus fuisset.

(p) Quod in Art. 1. die 1687. An. ultro prodiderunt, I. Stat. & Ord. dum eundem paternarum virtutum vivum Specimen, ac filium in Patre desideratissimum; ac ad id sibi cœlitus provisum & ordinatum fuisse, expressis verbis declarant.

(q) Indixerat quidem Rex desideratissimus Generalem Regni Conventum pro die 29. Men. Febr. A. 1708. ut turbato Regni sui statui paternis consiliis prospiceret, in quo etiam eo
jam

iam devenerant *Tractatus Diætales*, ut propediem terminari ac more solito in Articulos quoque redigi potuissent; verum cum propter funestæ contagionis, eotum in Regno grassantis, pericula, idem Conventus differri debuisset, interea vero temporis ipse quoque Rex citra omnem spem diem obiisset supremum, ideo & hujusmodi *Tractatus* in suspensi remanserant, *Anno* demum 1712. & 1714. reassumpti, ac determinati. Videri huc potest *principium Articulorum ejusdem Anni.*

(r) Hunc perbelle declaravit Eminen. Princeps Cardin. *Leopold. a Kollonich*, in *Dedicatione Prae-
x eos Criminal.* eidem tempore dictæ Electionis Coronationisque suæ facta; confirmat quoque idipsum Scriptor *Anonymous*, in *Vita & Gestis ejusdem pag.* 77.

§. 6.

Sicque comparata erat hoc rerum articulo Jurisprudentia Hungarica. Plenam omnibusque numeris absolutam eam fuisse non asseruerim temere, cum vel ipsæ Antinomiae, quæ in Legibus hactenus recensitis passim reperiuntur, contrarium non obscure indigitent, ut de aliis ejus nævis v. c. *Dispersione Legum, commixtione Juris publ. cum privato,*

obſervantia Consuetudinum penes Jura Scripta, Judicibus Causarum incommodissima, insufficientia Tripartiti &c. nihil dicam. Næ igitur ſummopere neceſſariam fuſſe admittas illius emendationem, perfectioremve Legum Compilacionem? Sed de his paulo post dicendi locus dabitur.

SECTIO QUARTA.

De Juribus Hungariæ, eorundemque felicissima reformatione sub CAROLO Romanorum VI. Hungariæ autem III, moderno videlicet Gloriosissimo Rom. Imp. & Rege Hungariæ Inviictissimo.

§. 1.

Vifa ita Historia Juris Hung. usque ad obitum piæ recordationis Regis Josephi: reliquum est, ut ad nostra hæc aurea tempora pedem nunc moveam, ulte-

ulteriores etiam Jurium nostrorum progressus sub CAROLO VI. HUNGARIÆ III. vere MAGNO, (a) moderno videlicet Augustissimo Rom. Imperatore & Rege Hungarorum victoriosissimo, ex instituto demonstraturus. Passu quidem tanto jucundiore, quanto lætiore jam calamo affirmare possum, Jurisprudentiam Hungaricam gloriosissimis Apostolici Regis hujus Institutis ad eum felicitatis gradum eventam esse, quem nullis unquam temporibus eidem contigisse, manifestum est.

(a) Non equidem putaverim quemquam mortaliū eo protervitatis & dementiae raptum iri, ut longe dignissimum hujus cognomenti Titulum CAROLO nostro vel minima ratione in controversiam sumere conetur. Attamen, si cuiuspiā pectora hic furor ageret, illi magnitudinem Gestorum Augustissimmi Regis hujus, magnorum illorum Acta & facta, sive politico, sive vero Theologico sensu accepta, longis parasangis post se relinquentium, illa porro ingentia animi Bona, illam in subeundis periculis constantiam & fortitudinem, illam in rebus moliendis efficiendisque velocitatem, illam singularem ac plene inusitatam clementiam, illam denique, ut jam reliquas ejus Virtutes, vere Regias, nunc commemorare desi-

nam, divinam Indolem, qua omnes nostræ
priscæque memoriæ Imperatores & Reges am-
plissimis spatiis antecedit, opponimus. Quorum
quidem præstantia & eminentia ductus *Dn. Mich.*
Bencsik, in *Epist. Dedicat. ad Libellum suum*,
cum Inscriptione: *Novissima Diæta Nobilissima*,
non ita pridem divulgatum, comparationem felici-
ssimi Regis hujus cum CAROLO M. primo
nominis hujus Romanorum Imperatore, haud
contempnendo conatu adornavit, tametsi longe
plura ac majora quoque in promptu sint ar-
gumenta, quibus id plenius solidiusve evinci
posset, Firmiorem quoque hanc nostram red-
dunt confessionem & sententiam aurea prorsus
verba *J. Caroli a Neuen*, *Colon. Aulæ Cæs.*
Poëtæ Laureati, quæ occasione novissimorum
Regni Comitiorum publicis Literis, quas *Comi-*
tia Divum Hominumque in Regia Pisonis A. 1722.
inita, inscripsit, præfatus est: CAROLUS, in-
quit, & hos & alios meritus honores æviterno vir-
tutis boſſimento, cum Ptolomæo, Evergetes: Demetrio,
Soter: Augusto, Pater Patriæ: Tito Vespasiano,
Amor generis humani: Trojano, (non illo
boſſe) Optimus: Nerva, Clemens: Antonino, Pi-
us: Adriano, Iustus: Constantino, Theodosia, Ca-
rolo, Magnus: quod Carolorum in Sacro Mariano
Anglico Apostolico Regnorum Regno tuendo am-
pliandoque, ætatem primi argenteam, secundi au- ream, utramque felicissimam incumbentibus satis redu-
xit. Legi quoque hanc in partem meretur:
Oratio Panegyrifica, qua *Georg. Bobus*, *Gymna-*
sii

sii condam Cæsareo foren. Moderator, optimum
nunc Regem reverentissime coluit, atque ho-
noravit, edita A. 1713. in folio.

§. 2.

Qui enim antea fasces Regni te-
nebant Reges, extra solum Vladislaum
II. certis quibusdam Legibus, conventu-
aliter latis, contenti fuerant, ipse etiam
Vladislaus, ut e præmissis elucet, non tam
Scripta, adeoque cuncta Patriæ Jura, quam
confuetudines compilari fecit: verum Sa-
cratissimus Rex noster CAROLUS VI. PI-
ENTISSIMI PARENTIS, PIENTISSIMUS FI-
LIUS, & PATERNARUM VIRTUTUM HÆ-
RES AC VIVUM EXEMPLAR, (b) veluti
tot præstantissimis Paternarum Victoria-
rum laudibus non contentus, ulteriores
quoque magnificentissimos Triumphos, de
Jurato Christiani nominis hoste, aliisque,
justissima Arma sua provocantibus Com-
petitoribus suis, ad stuporem totius Or-
bis, egit, ita in Juris quoque & Justi-
tiæ Negotio plus ultra Virtutes Anteceſſo-
rum suorum progrediendum ratus, in
ipso statim principio fauſtissimæ Inaugura-

tionis suæ, hæreditarium isthoc Regnum suum, non tantum saluberrimis Legibus (c) condecoravit, sed præterea id operis, a tot Seculis frustra desiderati, suscepit, ut Jura Patria non paucis fane nævis laborantia, tandem emendentur; ac plenum Juris Systema conficiatur; commendata compositionis hujusce Cura certis e numero *Eminen. Cardinalium, Excellent. Illustrissimorum ac Rndmorum Episcoporum, Superiorum Regni Judicium, Magnatum, Nobilium, Liberarumque Regni Civitatum selectis, Jurium & Rerum patriarcharum peritisstis integrisque Viris,* (d) quibus mandatum est, ut statim finita tunc temporis habita Diæta, ejusmodi Emendationem assumant, peractamque maturioris Revisionis, Regiæque Ratificationis obtainendæ causa, ad proxime subsecuturum Regni Conventum, reportent. Quid? quod eodem temporis cursu tripli-
cium quoque Juris publici Systematum, *Militaris nempe, Politici & Oeconomici,* elaborationem, tanquam Opus toti Regno salutare, ac apprime, necessarium, *Articulo 59.* ejusdem Diætæ ordinaverit,

con-

constitutis ea quoque de causa 25. Commissariis, e flore Magnatum Nobilitatisque Hungaricæ collectis, ac pariter in Juri- bus Confuetudinibusque Patriis verfa- tissimis.

(b) Deprompta sunt hæc verba ex Art. 60. A. 1715. quibus ibidem clementissimum Regem & Dominum suum profundissima cum submissione venerantur Regnicolæ.

(c) Articulos intelligo in Diæta Posonien. A. 1714. conclusos, ac sequenti demum Anno die- que 10ma. Junii in Castro Laxenburg Regia ma- nu ratificatos. Multa namque & revera sapi- entissime constituta reperiuntur in hisce Arti- culis, quæ pristinis hactenusque recensitis Le- gibus partim minus dilucide exposita & deter- minata, partim etiam penitus attacta non erant. Ita in Crimine Leæ Majestatis, sive Per- duellione statutum, ne in illa Citatio amplius requiratur, ad evitandas periculosisimas e formalitate citationis emergentes sequelas, ne- ve Bona perduellium ante Sententiam convi- ctivam occupentur, sed facta prius illorum Conscriptione, usque ad finalem Litis exitum. sequestrentur. Ita & Testamenta minus solennia, hactenus Jure Patrio nusquam definita, v. c. Militare inter Liberos, Codicilli &c. introducta. Reliqua, e penitiori Articulorum inspectione eruenda, data opera prætermittimus.

(d) Quorum Nomina honoris & memoriæ causa ex Art. 24. quo hæc omnia plenius habentur, huc apponere volentes, initium ejus recitabimus, quod sic se habet: Ut Juris & Justitiæ administratio, sine qua Regna subsistere non possunt, tam per hoc Regnum, quam Partes eiden annexas, a modo impostorum exactius celebretur, annuente sua Cæsareo Regia Majestate, Status & Ordines concluserunt: Infra nominatos, veluti integros, Jurium & Rerum Patriarum peritos Viros, feligi: Utpote Dominos Comitem, Emericum Csáky, Archi-Episcopum Colocensem, & suæ Majestatis Sacratissimæ Intimum Consiliarium: Comitem Ladislauum Erdödy, Episcopum Nitriensem; Comitem Ladislauum Nádasdy, Episcopum Csanádien. Item Comites Steph. Kobáry, Judicem Curiæ Regiæ; Geor. Erdödy & Alexand. Károly; præterea Baronem Joannes Horváth Simonchics, Person. Praesen. Regiæ in Judiciis Locumtenen. & Consiliar. (qui tamen sub novissima Dieta Poson. morte intercepitus est,) cum tota Tabua Regia; Item Baronem Gabr. Tolvay. His adjunguntur Honorabilis Gabr. Spátay, Abbas Jánossien. Nitrien. Capituli allegatus; nec non Egredii Alexander Nedeczki, Gabr. Bozsány, Paulus Okolicsány, (post ejus obitum Dn. Mich. Okolicsány mene re hocce donatus erat, qui tamen etiam diem suum obiit,) Mich. Borsi, Gabr. Skaricza, & Mich. Benesik: Ex parte vero Croatiae, Dn. Episcopus Zagrabien. Item Dan. Rauch, Vice-Banus, Joan. Branyug Prothonot. & Geor. Czinderi. &c.

§. 3.

Neque conveniens esse existimans Rex clementissimus, intra cœptos duntaxat piarum Intentionum terminos subsistere, sed, ut Regiam decet Majestatem, in effectum quoque exoptatissimum deducere volens, quæ sacratissimæ menti suæ sancte proposuerat, idcirco antea declaratos Dominos Compilatores, quo Opera, elaborationi suæ commissa, accelerent, per Mandata sua clementissima identidem serioque admonuit, ac, ut tandem desideriorum suorum compos redderetur, anno a partu Virginis 1722. ad diem 20. Junii, denuo Generalem Regni Conventum coëgit, ea quidem certissima sub spe & sententia, ut quadruplicia illa Systemata ejusdem Conventus occasione revideri, modificari, ac sic pro perpetuis & authenticis Regni Juribus approbari, publicarique potuissent.

§. 4.

Et certe re ipsa omnino satis fecisset, hujusmodi honorificentissimis Institutis suis, omnis ætatis ac memoriae clা-

clarissimus Rex, nisi alia ac pene infinita publicorum Negotiorum genera, & curæ maximæ, Sacrum R. Imp. ac totius Europæ quietem & felicitatem tangentes, obicem posuissent, idque effecissent, ut tantopere desiderata dictorum *Systematum* (e) publicatio, non exiguo quidem Jurisprudentiæ damno, denuo ad futuram Regni Diætam reservari Debuerit. Modica igitur patientia restat, ac quod aggressus est, æqui justique observantissimus Rex, omnino perficiet, neque patietur auferri, quod e summae necessitatis meliorisque perfectionis & consummationis obtinendæ causa, quadantenus differri debuit.

(e) Pleniorum horum Systematum notitiam nunc dare, tametsi haud difficilis foret negotii, minus tamen necessarium id putaverim, quod incertæ expectationis res sit, utrum hac ratione eave forma, qua nunc ea constare scimus, lucem publicam sint visura, aut, quod in humanis rebus saepius evenire solet, aliam quo pacto acceptura sint faciem. Interim tamen, in quantum pro ingenii mei, modulo dispicere mihi datum est, fiderenter & certo affirmare ausim. Opera perfectissima atque plenissima fore, ipsumque imprimis Tripartitum, ex
pra-

praxi quotidiana Judiciorum depromptis pulcherrimis accuratissimisque Observationibus augmentatum, ita proditurum, ut sufficientissimi consummatissimique Juris loco imposterum haberi queat.

§. 5.

Interim tamen nec hanc Diætam optimarum quæsitissimarumque Legum muninime destitutam reliquit sapientissimus Legislator, ac cumulatissima potius dedit documenta, quam nihil magis nihilve sanctius cupiat, totisque viribus agat, quam ut penes justas & pi-as Leges, suum cuique tribuatur, ac in universum alma administretur Justitia. Inde enim *Tabulam Regiam Judiciariam*, quæ hactenus magno Litigantium Justitiamque litientium damno, ad certa tempora restricta fuerat, pro Justitia, qua Regna subsistere dicuntur, continuo administranda, cum plenaria secundum præscriptum Patriæ Legum judicandi facultate, in suo vigore & integritate, confirmavit, *Tabulam quoque Banalem Croatiæ & Sclavoniæ pari ratione celebrandam præcipiens; inde Judicium Regium*

mu Septemvirale aliis adhuc octo Viris , ex
Statu Prælatorum , Magnatum & Nobili-
um acceptis adaugmentavit ; inde abro-
gato , antea per Magistros Prothonota-
rios in Partibus exercito Processu , loco
Judicatus eorundem , *Tabulas subalter-
nas , in quatuor Regni Districtibus , quæ
hinc etiam Districtuales dicuntur , erexit ,*
(f) illisque tempora , modum authoritatem ,
Locosque idoneos assignari curavit ; inde
*Archivum Regni universale in Libera Re-
giaque Civitate Posoniensi , ibidemque exi-
stente Domo Regnicolarum habendum , or-
dinavit , nominato idcirco Archivi Conser-
vatore ; inde Majoratus institutionem
concessit , *Processibus Auszczugalibus Mer-
catorum modum convenientiorem præscri-
psit ; Interceptoribus , Detentoribus , Su-
ppressoribus & Violatoribus Literarum
Missilium pœnam convenientem statuit ;
Tricesimatorum , Teloniatorumque Exces-
sus strictis Legibus coercuit ; Filiorum
Patriæ Educationem tam serio præcepit ,
ut ejus intuitu non tantum Philosophica ,
Theologica & Juridica Studia separatim ,
horisque statutis , pure pro Doctrinarum
ista-**

istarum Studiosis, sed & alia quævis Scientiarum Genera in exteris Universitatibus doceri solita, per idoneos Professores exactius tractanda, novo prorsus Regiæ pietatis & Sapientiæ exemplo, jusserrit; inde denique, ut sexcenta alia laudissima Instituta non attingam, *Consilium Regium Locumtenentiale*, quod primo loco nominandum erat, Præside Palatino & viginti duobus Consiliariis, e Statibus Prælatorum, Magnatum Nobiliumque denominatis, constans, æquissimis saluberrimisque ex respectibus, instituit, ea quidem cum Authoritate & Eminentia, ut a nullo Aulico dependeat Dicasterio, ac si quidquam Regiæ Majestati repræsentandum habuerit, id demissis Literis suis significet, benignam desuper Resolutiōnem Regiam, vel Rescriptorum, vel vero Decretorum Regiorum vigore, pro re nata accepturum.

(f) *Pietatem, Justitiamque Virtutes CAROLO nostro ita proprias, ut eas viva quasi quadam imagine referat, ad erigendas hasce Tabulas causam fuisse impulsivam, luculentissime testantur Regia plane ac tanta Majestate dignissima*

ver-

verba ejus , quibus in Literis suis die 15. Martii A. 1723. ad Excell. & Illusfr. Dn. Comissarios suos, nomine Regio in Diæta , eotum celebrata , existentes , exaratis , I. Statibus & Ordinibus Regni piiissimam finalemque suam de illis resolutionem clementissime significavit. Dabimus illa , ut testatissima Regis hujus Gloria tanto reddatur magnificentior : prouti vero , ait Rex mitissimus , reæla Intentio mea vobis apprime cognita est , ita universis Statibus & Ordinibus Regni declarabitis , quod ego nullatenus Leges , Jura & Libertates Statuum violandi animo , quod a me absit ! sed duclu vocationis & summi munericis mei , paternoque , quo in Apostolicum hocce meum Hæreditarium Regnum sevor , affeclu , ad insituendas Districtuales Tabulas me determinaverim , quod pressæ Cursu Processuum Justitiæ suspiciis & gemitibus tot viduarum & pupillorum , aliarumque miserabilium ad incitas redditiarum Partium , pro Justitia in Regno undique clamantium , benignas aures & auxilium demum præbere , bac de causa , & justas preces pluvium ipsorummet Statuum , DEUM & Justitiam ejus & Patriam , colentium & amantium , quinimo ad sensum petitæ articulariter conditæ & sub prudenti direclione sue Dilectionis Domini Cardinalis Csaky institutæ Commissionis Systematicæ , denique ex ductu & onere Conscientiæ , ob dandas cæterogquin Domino DEO rationes , ad erectionem harum Tabularum Districtualium , utpote talem administrandæ Justitiæ modum , indispensabiliter me resolvere debuerim , qui pro bono & incremento Regni , levamine Sta-

Statuum & solatio subditorum requiritur, ac inde honor DEI & commodum universorum Regnicolarum promovetur. Ab hac pro munera mei exigentia, & gravissimis de causis facta determinatione, ob unius alteriusve intentiones secundas & respectus humanos recedere, nec volo, nec possum, &c. Constant vero singulæ hæ Tabulæ, una cum Præsidibus, ex quinque Personis Hungaricæ Nationis, in Regno bene possessionatis, ac Juris Patrii exactam notitiam, æqualemque Judicandi activitatem habentibus, a quibus Sententiæ ad Tabulam Regiam Judiciariam via Appellationis, indeque ad Septemviralem deducuntur. Adjunctus quoque est singulis Juratus Notarius sine voto, cum quatuor Juratis, e quibus unus Expeditoris, ab expediendis actis Tabularibus, sic dicti, munus obit. Videatur huc plenius Art. 30, 31, & 32. Anni 1723.

§. 6.

Jure igitur, meritoque optimo, de tanto tamque meritissimo Rege, ac simul providissimo perfectissimarum Legum Authore, sibi gratulatur, beatissimum Reipublicæ statum hinc nostra, Hungaria. Merito JUSTINIANUM SUUM, (g) pium illum ac toto orbe celebratissimum Legum Romanarum Conditorem, profundissima cum submissione ac

illibatissima fidelitate Eundem agnoscit, veneratur, atque omnibus illis exquisitissimorum Encomiorum Laureis dignissimum, imo multis nominibus longe dignorem ore plenissimo depraedat, quibus Orbis universus, Justinianum, passibus in istis, in praesentem usque diem ad Cœlum extollit. Merito grataam & fidelem moderatissimo indulgentissimoque Regi & Domino suo se exhibitura, horum quoque, pro Incremento publici Patriæ Boni, proque fidelium Civium suorum perenni salute, Paterno prorsus & singulari cum affectu, susceptorum gloriissimorum Institutorum iutuitu, Jura successionis hæreditariæ, jam alioquin etiam sexui masculino AUGUSTISSIMÆ DOMUS AUSTRIACÆ indubitissimo Jure competentia, in sexum quoque femininum potentissimi Regis hujus & consequenter totius AUGUSTISSIMÆ DOMUS, non tam humano, quam divino Judicio, mirificoque prorsus totius Regni applausu, transtulit, (†) ac nunc quoque instantissimis precibus suis omnia fausta atque felicia Regiæ ejus Majestati

a Di-

a Divino Numine comprecatur. Quibus desideriis, ut probos Patriæ Cives decet, ego quoque vota mea conjungere volens, omni porro religione a Divina Majestate contendō, quo & ipsimet placidissimæ Bonitatis gloria celebratissimo Regi, CAROLO, vitam prolixam omnique ex parte beatam, Imperium securum, domum tutam, exercitus fortes ac felices, triumphos glorioſos, victorias infinitas, Senatum fidelem ac Populum quoque probum benignissime largiatur, & præterea tot ac tanta eaque devota fidelium subditorum suorum suspiria, eo tandem beare velit Eventu, ut imaginariae & turbidæ nonnullorum, perpetuitatem & folatia melioris sexus, AUGUSTISSIMÆ DOMUI, acerbis indignabundisque oculis, fruſtra licet, ac contra tot testatissima Divinæ Dispositionis & Providentiæ Documenta, (h) invidentium expectationes & consilia, enixa tandem AUGUSTA Prole mascula, in futurum abeant, atque ita, confuso inque proprium finum retorſo malevolorum livore, desideratissima e converso illis pro-

generetur nunquam intermoritura Consolatio.

(g) Non temere, sed aliarum Nationum Exemplis innixi, Justiniano Imperatori CAROLUM nostrum comparamus. Ita namque Justinianum Saxonum dixit modernum potentissimum Poloniarum Regem & Principem Electorem Saxoniæ AUGUSTUM Ludevigi Cap. 5. §. 9. p. 219. d. Tr. ut cæteros non adducam. Evidem Dan. Kleschius, in *Superpondio Dissert. de Jure Peregrine Jure Hung.* desumpto, Vladislauum II, cui Compilationem Tripartiti nos debere antea diximus, Justinianum alterum appellavit; verum, relicta licet ea de causa Vladislao condigna laude sua, vix ac ne vix quidem eo Jure & merito Justinianum Hungariæ eum dici posse, quo nos Apostolicum Regem & Dominum nostrum CAROLUM collaudamus, cum ex antea cumulatius appositis luce meridiana clarius evadit, tum ex eo quoque manifeste evincitur, quod nos non hac duntaxat Togæ Laude Justiano assimilemus glorioissimum Regem nostrum, (quamquam & hujus intuitu quantis spatiis Vladislauum post se relinquat CAROLUS, nemo non videt;) sed Sagi etiam maxime gloria & respectu, quibus quantopere Vladislao IS anteferri mereatur, res ipsa loquitur, ut ulteriori deductione haud opus esse videatur.

(†) Me-

(†) Meretur omnino eam in rem consuli, docta & egregia *Oratio*, Spectab. & Generosi Dn. Magistri Fran. Szluba de Iklad, antea Prothonotarii Palatinalis, nunc vero Excelſæ Cancellariæ Reg. Hung. Aulicæ Referendarii & Secretarii, sub ingressum Comitiorum Possonien. An. 1722. ad Inclytos Regni Status dicta; quippe qua iisdem impense commendavit, ut perspectis tot & tantis AUGUSTÆ DOMUS AUSTRIACÆ nominatimque Augustiss. Imperat. & Reg. Hung. CAROLI VI. Beneficiis, propriis viribus, necessitatis, & utilitatis ratione, in casum defectus sexus Masculini, servata præprimis regnantis Augustæ Domus Primogenituræ Lege, Successionem Hungariae Regnorumque & Prvinciarum ad eandem pertinentium in sexum quoque Fœmineum deferant, ac ita hæreditario Jure stabiliant. Habebat profecto divini quidquam, in ipsis quoque Patriæ Legibus fundata, isthæc Oratio. Simul ac enim gratulabunda, ac maximas quasque lætandi materias complexa voce VIVAT! finem dicendi fecisset Orator disertissimus, illico tanquam ex Tripode dicta, non secus ac ipse valles & concava saxa sonum, quem acceperunt, redere consuevere, resultantissima illa rediit ab I. Statibus & Ord. uno ore, unoque animo Eandem Successionem VIVERE faustissimis Auspiciis acclamantibus consentientibusque.

(b) Taceo Vaticinia, de florentissima Auguſtissimæ Domus hujus fortuna, ad extrema Mundi tempora duratura, non sine divino nutu hinc facta, quæ legi poſſunt apud Ludevicum d. Tract. Lib. I. C. 4. §. 19, ibidemque allegatos Authores.

§. 7.

Hactenus itaque recensita Regum Serenissimorum Decreta & Constitutio-nes, (†) addito etiam Opere Tripartito Werböcziano, efficiunt Corpus Juris Hungarici, (i) in tres Tomos ita disper-titum, ut primo quidem Tomo, Tri-partitum Werböczianum, secundo, De-creta Regum, a S. Stephano usque ad Annum 1683. tertio denique Conſtitu-tiones ab hoc tempore in præſentem us-que diem conditæ, contineantur. Priva-ta quidem hæc opera eſt Typographo-rum Viennensium & Tyrnaviensium, qui majoris luculentiae distinctionisque cauſa illud ita proditum voluerunt, (k) calcu-lum tamen Regni tacito quaſi conſensu promerita, quod uſum illius admitti vi-deamus, dubio procul ex eo, quod Re-gno parum interſit, qua forma, quoque habitu educantur in publicam luçem re-

pe-

petitis vicibus Leges suæ, dummodo Tex-tum Authenticum, nec adulteratum, re-servent exhibeantque.

(†) De quarum vigore plenius agitur in *Tit. 2.*
& *14. Oper. Trip.*

(i) Multas in eo reperiri voces antiquas, du-ras, ac intellectu difficillimas, norunt sedull ejus lectores. Ut maxima laus maneat clarissimæ memoriarum virum J. Sambucum, qui illas in unum rededit Compendium, additisque genuinis explicationibus, Historiae Bonfinianæ adje-cit; habentur tamen etiam in *Prefatione Lexici Molnar. Lat Hung.* sub finem; quasdam & Ottrokocsius explicavit, in ipso Calce d. Experim.

(k) Illi quidem A. 1628. Viennæ Austr. in f. hi-vero Tyrnaviae An. 1690, & 96. itidem in f.

§. 8.

Quod si autem in Judicio Partes agentes Editiones hæc in disputationem sumere vellent, indeque ad authenticam Legum Emanationem recurrentum esset, merito quæri potest, quænam sint authen-tica Legum Hungaricarum Instrumenta? Observandum igitur, in more positum fuisse Regibus a primis inde conditarum Legum temporibus, ac nunc quoque be-

ne observari, ut Constitutiones in Conventibus latæ & confectæ, in tot Exempla fuerint relatæ, quot erant Regni Comitatus, (1) sive vel Typis expressas, vel vero manu duntaxat exaratas, cum Subscriptione Regiæ Majestatis & Cancellarii, a ppositioneque Sigilli Regii, iisdem transmissas fuisse, id quod etiam ex antea de opere *Werböcziano* observatis, constat. Atque adeo in tali casu & cæteris omnibus, hujusmodi Regia benignitate transmissa Instrumenta pro authenticis erunt habenda & observanda.

(1) Superioribus quoque ac Ordinariis Regni Judicibus, ita & Lib. Regiisque Civitatibus separatim missa fuisse hujusmodi Exempla, dubitari nequit. Nunc certe etiam I. Tabulis Districtualibus unum Exemplum, Regia manu subscriptum, ac Typis mandatum, exhibitum esse, scimus.

§. 9.

Deinde illud quoque investigandum supereft, qui factum sit, quod cunctæ hæ Leges, non nativa Hungarorum Lingua, sed *latina*, scriptæ sint & publi-
ca-

catæ? Si quid conjectando affequor, putaverim id inde evenisse, quod primi Reges illorum Christiani, in condendis Legibus consilio manuque administrorum, Ordini Sacro addictorum, aliorumque præcipuorum Ecclesiasticorum viorum, qui eotum ad propagandam quoque Religionem Christianam in Aula Regia frequenti numero alebantur, potissimum usi sint; (*m*) qui cum maximam partem a Summo Pontifice Roma missi, & aliquin etiam e Latio oriundi fuerant, fieri aliter non potuit, quam ut Latina lingua, Curiæ Romanæ quasi propria, & sibi fere vernacula, de rebus alicujus momenti loquerentur, ac Leges quoque latae illa scriberent; in primis, quod Canonicis Sanctionibus & Consuetudinibus cautum haberetur, ne quis Clericorum aliter, nisi literatorie, hoc est, latine loqui sustinetat, (*n*) quem morem postea & secuti Reges constanter imitati sunt. (*o*) Deinde ad Imitationem quoque Legum Romanarum, hac lingua existantium, id factum fuisse, ipse S. Stephanus innuere videtur, quando in *Principio Decreti I.*

in Legibus constituendis antiquos & sui temporis Augustos imitatum se esse, afferit; ut de loquendi scribendique facilitate & accuratione, quibus res quaslibet latina loquendi ratione quam commodissime dari posse, nemo dubitat, nihil dicam. Sed pergendum est ad reliquas quoque Operis nostri Partes, promisso modo exponendas.

(m) Non opus est multis Authoribus & argumentis id demonstrare, cum nemini, nisi Historiarum Patriæ plane imperito, hæc ignota esse queant. Ipse profecto S. Stephani Leges ad oculum demonstrant, Ecclesiasticorum Virorum industriae eas adscribendas venire. De Colomanni Legibus jam supra eadem observavimus.

(n) Vid. Sanlio Laurentii, condam Archi-Episcop; Strigon, in Capitulis Synod. facta, Tit. de Locutionibus Clericorum.

(o) Cur autem Hungari Latinæ Linguae alioquin etiam tam solicite incubuerint, causa in promptu est, quod Lingua ipsorum Europæis plane peregrina fuerit, adeoque commodissimam elegere debuerint Linguam, qua cum vicinis populis, & potissimum Italîs, idonea commercia instituere potuissent. J. P. Ludevigijs huc conferendus, qui d. Traf. C. 1. §. 2. in Not.

pla-

plane ad mentem nostram scribit: *de omnibus Europæ Incolis verum esse*, quod ore quidem nativo, calamo autem non nisi latino usi sint, & si quid Literis consignarunt, sermonem Latinum adhibuerint, hunc enim quamvis intelligerent paucissimi, omnes tamen in scriptis Contractibus adhibuisse, testesque ejus rei videri in Diplomatibus, quæ majori numero Latina baberentur, quam ulla unquam evo vidit Latium. Addat. Adm. Rn. Dn. Matth. Belii, Nobilissima Exercitatio de Vet. Liter. Humo-Scyth. Sect. 4. §. 2, 3, & 4. ejusdemque pulcherrima & solidissima Praef. ad Institut. Linguae German. §. 9. & Petrus de Reva, Cent. 7. p. 145. in f.

SECTIO QUINTA.

De Peculiaribus Hungariae Juribus,

§. 1.

Cum sit expositum præmissis in Sectiōnibus, quæ generalium Incliti hu-jus Hungariae Regni Jurium Historia sit; non supervacaneam prorsus operam me collocaturum existimo, si hac Sectione, de

de specialibus quibusdam Hungariæ Juri-
bus, paucis differuero.

§. 2.

Et principium quidem a *Jure Thavernicali*, ipfisque nominis natalibus, sumere lubet. Quin itaque denominatio-
nis hujus origo, ab ipso Thavernicorum Regalium Magistro, qui Appellationes Regiarum Liberarumque Civitatum, de antiqua Regni Consuetudine Jurisdictioni suæ subiectas, revidere terminareque con-
suevit, derivanda sit, nemo facile inficias iverit. Utrum vero accurata notionis ra-
tione hoc factum sit, id vero est, quod non temere quæri potest? Etenim quia Jus hocce non propria Officii Thaverni-
calis munia (*) concernit, sed ad solas duntaxat Revisiones appellationum, e di-
ctis Civitatibus ad eundem legitime de-
volutarum, refertur: inde potius *Jus Appellationum Lib. Regiarumque Civita-
tum illarum*, quæ intuitu memoratæ Ju-
risdictionis *Thavernicales* audiunt, illud
dici deberet, quam *Thavernicale*; (**)
quæ quidem appellatio illis proprie legi-
bus

bus competeret, si quæ de Partibus dicti Muneris sancitæ essent. At hæc tamen frustra a nobis desiderari videntur, quando usus denominandi loquendique ita jam invaluit; ideoque de ipso magis hoc Jure dispiciendo nunc erimus solliciti.

(*) Quæ quibusnam Partibus temporibus priscis absolutæ fuerint, ac nunc quoque perficiantur, pluribus edisserui in *Notis ad Faciem Jur. Pub. Hung. Lochnerianam* pag. 28.

(**) Unde vero derivationem suam sumserit hæc ipsa vox, non æque in approco est. Cl. Ottrokocsius, in fine d. Experimenti sui eam ita disquirit: *Thavernicus* (unde *Thavernicorum Reg. Magister*, qui *Regiarum Civitatum Causas appellatas dijudicare solet,) nostris majoribus videtur fuisse Tábornok a Tábor, (id est, a Castris) ad formam Tálnok, sive Tálnak, Dapiser, & Po-hárnoch, Pincerna.* Quidquid alii sentiant, mihi certe admodum similis vero, neque coacta videtur hæcce Originatio, licet pro mathematica eam jaçtitare nolim.

§. 3.

Tametsi vero jam ex modo dictis figuræ illius animadverti queant, melioris tamen intelligentiæ causa proprius quo-

quodammodo illud describemus. Est igitur *Jus Thavernicale*, peculiaris Lex Liberarum Regiarum Thavernaliumque Regni Civitatum, (****) qua Appellations, e Sedibus ipsarum Judiciariis suo modo provocatæ, per Magistrum Thavernicorum, vel vices ipsius gerentem, adhibitis etiam quibusdam Senatoribus ea- runderem Civitatum, Jusjurandi Religione obstrictis, revidentur & dijudicantur (****) Primæva ejus Compilatio ad quænam præcise tempora referenda, cuive potissimum Authori adscribenda fit, non satis constat, (*****) Tripartiti tamen Origines eam multis spatiis antecessisse, ex ipso Tripartito scimus. Neque dubitandum est, quin plenissimum illud fuerit usque ad infelicem illam occupatæ per Turcas Budæ, clarissimi Judiciorum Thavernalium domicili, memoriam. Cum ipsa vero Regiæ Thavernalisque Sedis hujus deploranda jactura, etiam ejusmodi Legum suarum ingens ac triste naufragium passæ sunt dictæ Civitates, quod Codex illarum locupletissimus, ac reliqua propemodum omnia antiqua Instituti hujus monumenta,

ho-

hostium pariter prædæ cesserint. Recuperata tamen postea *An. 1686. die 2. Septembr.* Deo propitio gloriosis & victoribus LEOPOLDI M. Armis eadem Civitate Regia, aliquæ simul pristini Juris reliquæ, quas quidem furor barbarorum superstites fecerat, hac occasione recuperatae sunt. (†)

(***) Vid. *Principium Art. Thavernicalium*, cum quo & ipsi Articuli optime conveniunt.

(****) Hin igitur malæ definitionis vitio nobis notandus est Author *Anonymous Mscripti Libri Thavernicallis*, (ita enim illum inscripsit) ante paucos saltem dies fato quasi quodam Musis meis oblati, quando ita illud definit: *Est igitur Jus Thavernicale, Jus Civile Hungaricum, cuius summa est Authoritas in Causis Liberiarum & aliarum Regiarum Civitatum, pertinentibus ad distinctionem privatorum Dominiorum, quorum Causa est vel successio legitima, vel aliquis Contraclus.* Ad solas enim duntaxat Appellationum Revisiones Dijudicationesque, uti jam dictum, id pertinet, illud vero, quod Civitates dictæ in Causis istis observant, cum reliquis Regni Civitibus commune habent in suo genere, ut infra pluribus dicetur, idque *Civile non Tavernicale Jus est nominarique debet.*

(*****) Ne-

(*****) Negligentiam Scriptorum patriorum hic non præter rem accusat idem *Anonymous*, quod ista in Historias suas referre intermiserint. Simul tamen Authorem & Originem istam sic cogit: *Eadem igitur Libertas, quæ apud Athenienses & Romanos optimas LL. peperit, in Hungaria Juris Thavernicalis Origo fuit, a Libevis enim Civitatibus profectum esse, quis dubitare potest, cum bujus Juris administratio sit iisdem commissa.* Harum ergo Cives propter communem tranquillitatem fecerunt *Legem*, ut si quis sui Judicis Sententia non esset contentus, haberet facultatem provocandi ad aliarum Civitatum *Judices*, quæ Legem receperant. Quia vero nulla Lex firmam & solidam autoritatem habere potest, nisi a summi potestate confirmata, petitum est a Regia Majestate, & propter Causæ Justitiam facile impetratum, ut non solum approbaret *Leges Juris Thavernicalis*, a sapientissimis Viris certarum Civitatum collectas, verum etiam ut præcesset aliquis ex Regni Proceribus, auctoritate Regia donatus, qui esset Testis earum Sententiarum, quæ a Judicibus ferrentur.

(†) Lege ipsam *Inscriptionem Juris hujus* ad hanc rem, de qua etiam bene meminit Schödelius in *Disquisit. de R. H. Causa form. num. 139, & 153. pag. 234, & 235.* conferenda quoque hoc *Julii Pfug, Equ. Saxon. Epist. præter fata Bibliotheca Buden. Librorum etiam in ultima expugnatione repertorum Catalogum exhibens.*

§. 4.

Atque has demum Magnif. Joannes Thúz, de Lák, Magistri Thavernicorum Regalium muneri eotum præfetus, ne prorsus interirent, laudando studio collegit; cumque privata hæc Opera publico adhucdum destituere tur calculo, ideo universæ Civitates Thavernicales, (***** missis ad Rudolphum II. Hungariæ Regem Invictissimum, Legatis, confirmationem approbationemque Compilationis hujus petiere, quam etiam An. Sal. 1602. die 13. Aug. ea Regiæ Majestatis clementia impetraverunt, ut Articulos illa comprehensos singulari Privilgio suo inferuerit, ac duplici sigillo obsignari curaverit, datis præterea ad universos Regni Status & Ordines, seorsim que Reverendiss. & Excellen. Dn. Archi-Episcopum Colocen. tanquam Locumtenantem Regium, Judicem item Curiæ Regiæ, Magistrum Thavernicorum & Locumtenantem Officii Palatinalis solennibus Literis, (*) quibus mandatum est, ut easdem Legibus hisce libere & quiete

M

uti

uti fruique permittant, neque, ut hactenus perperam factum fuisset, in administranda illarum Virtute, Causantibus Justitia, ullo modo turbare impedireque præsumant. A quo quidem tempore illæ constantem obtinuerunt vigorem in I. Thavernicali Judicio. (**)

(******) Istæ vero potissimum numerantur hac nostra ætate Civitates Thavernicales: *Buda*, *Pest*, *Cassovia*, *Posonium*, *Tyrnavia*, *Sopronium*, *Bartpha*, *Epperiesnum*, *Szakolcza*, *Szegedinum*, *Czibinium*, *Zagrabia*, *Carpona*, (quæ tamen in Sede Thavernicali Sessionem hactenus non habuit,) *Günzium*, *Kis-Márton*, *Debreczinum*, & *Szatmár - Németi*.

(*) Habentur hæ *Literæ* in fine *Articulorum* istorum, quibus & Privilegium partim præpositum, partimque, si conclusionem ejus spectes, adjectum est.

(**) Quam integrum, justumque semper fuerit istud Judicium, pulchre observavit antea obiurgatus *Anonymous*, cuius Verba, ut moderni quoque longe meritissimi Præsidis ejus, Excellimus quippe Comitis, Dn. Sigismundi Csáky, de Keresztszeg: (Titt.) dignissima in hoc instituto Encomia quodammodo attingamus, *huc inferemus: Sed hoc nostrum Judicium, quamquam rerum magnitudine ac splendore inferius, non minus*

in suo genere est laudabile, propter ipsorum Judicium fidem, integritatem, Justitiam & gravitatem. Nullum locum hic habet sycophanta aliquis, nihil munerum corruptelae, nihil personarum respectus, nihil hic propter misericordiam additur pauperi, nihil propter invidiam adimitur dividiti: sola enim Justitia in hoc Judicio dominatur. Ubi Praeses ipse provocationes singulas in praesentia & confessu legitimorum Judicium, ob signatas deponit. Notarius eidem adjunctus, de Sententia Judicium ordine resignat, ac recitat de scripto Causarum judicatarum seriem. Facto deinde examine, vel approbatur sententia, quae in Scripto continetur, vel, si est iusta, corrigitur. Quid hujusmodi Judicio potest esse simplicius atque integrius? Itaque dignissimum est, cuius administratio conservetur, praesertim cum ad totius Regni dignitatem pertineat, in quo si quid est dignum commendatione, hoc prosector Judicium merito praedicatur, optimoque Iure non justum modo, verum etiam Sanctum dici potest, usque adeo ab omni labe & macula vulgarium Judiciorum est remotum.

§. 5.

Anno post Christum natum 1694.
 Excellen. Comes Georgius Erdödy de Monyorókerék, laudati Officii Thavernicalis dignitatem adeptus, cum Indice *Aszalajano*, de quo supra plene diximus, hos quoque taliter confirmatos Articulos

typis exscribi curavit *Tyrravice* in IV. præfixa illis Inscriptione sequenti: *Articuli Juris Thavernicalis &c.* Sunt autem illorum in summa 41. præter *septem* diversos Articulos, quos vetusti Vladislaiani Privilegii, eam in partem Civitibus hisce collati, *fragmentum*, residuos dedit.

§. 6.

Juri Thavernicali, subnectimus *Civile*, vel potius *Civicum*: quo nomine mihi veniunt Statuta & Consuetudines Municipales Regiarum ac Liberarum Regni Civitatum, Oppidorum & Locorum Privilegiatorum, Jus Gladii habentium, (a) in Caufis ad Judicia illorum spectantibus, extra præmissas communes Patriæ Leges, (b) Virtute Tituli 2. Part. 3. Oper. Tripar. observari solitæ.

(a) Diversimode id habent Oppida: quædam enim e Collatione Regia illud consecuta sunt; quædam continuo Usu, ipsam Legem de Jure tollente; quædam etiam ex communicatione & extensione illius a Dominis Terrestribus, eo potiti sunt. Et hæc Oppida in judicandis Caufis,

sis, gladio obnoxiis, quasi *Collegium* quoddam representant, a Slavis *Zapisz*, nescio qua derivatione huc tracto vocabulo, nuncupatum; judicantque nonnulla absque Dominis Terrestribus & eorum hominibus, veluti in Comitatu Thuroczien. Pagi *Divek*, *Kis - Falu*, *Duborva*, *Szent - Milhaly*, *Nyedozer* & *Oppidum Mojsocz*, qui quidem *Judicatus* ipsorum in *Tit. 32. P. 3.* aliquod fundamentum habere videtur. Ac exinde abusu quodam *Judicia haec* tenus non appellabantur, qui tamen error *Art. 74.* novissimæ Diætæ correctus est, & certe optimo Juris & æquitatis observandæ fundamento. Namque, si in Criminalibus, etiam a Comitatu & Civitatibus Lib. Regiisque juxta *Tit. 11. P. 3.* & *Art. 41. An. 1563.* provocatio fieri potest, tanto magis ab hujusmodi Privato Collegio ea admitti debet, maxime, quod in illo nonnunquam tam bardi homines suffragia sua ferant, ut eo excepto, quod homines anima rationali prædicti sint, in reliquo parum a brutis differant, ne hoc quidem scientes, an Lex aliqua detur de Criminibus judicandis.

(b) Notanter ita loquor. Etenim in *Art. 79. A. 1647.* expressis verbis definitum est, quod Nobilibus coram se causantibus, non secundum Statuta, sed Legibus Regni conforme administrare debeant Judicium.

§. 7.

Origo hujusmodi praxeos Municipalis, sine dubio ab ipso Civitatum exordio repetenda veniet. Simul ac enim in certam societatem, ac exinde postea constitutam Civitatem coaluerunt homines, eo ipso quoque pro meliori Societatis Civiumque conservatione aliquas inter se Leges Civiles compone-re cœperunt, quas subsecutis deinde temporibus magis magisque excoluerunt, uti authentica illarum prothocolla id abundantissime testatum reddunt.

§. 8.

Non una tamen eademque ratione iisdem utuntur cunctæ in Hungaria Civitates: sed pro dignitate cuiuslibet Civitatis, diversitateque Civium in illis degentium, diversimodam fortinuntur considerationem. Ita Civitates illæ, quarum Cives majori ex parte Germanico-Saxonica constant Natione, quales sunt: *Cassovia*, *Epperi-
effnum*, *Bartpha*, *Leuchovia*: *Kesmarki-
num*, *Cremniczium*, *Schemniczium*, *Neo-
fo-*

solum, & plures aliæ, in Causis tam Civilibus, quam Criminalibus fere communiter Saxonico (c) utuntur Jure, vel certis ex illo promanatis Statutis & Consuetudinibus. Quarum autem Civitatum Incolæ Hungaricæ sunt Nationis, illæ e potiori generalibus Patriæ Legibus se accommodant, adhibitis tamen a latere illarum etiam peculiaribus Statutis, ex usu continuo desumptis. (d)

(c) In Causis quidem *Civilibus* non ita directe, potissimum tamen, *Carpczoviana* Opera hic in subſidium vocantur; in Causis vero *Criminalibus* proprius quodammodo adhibentur, neque tamen pro Lege, sed pro meliori lumine, adeoque fienda accuratiori decisione.

(d) Neque tamen & similibus Consuetudinibus uno eodemque modo semper utuntur, quippe quas pro ratione Casuum & Circumstantiarum emergentium variant & accommodant, unde & Judicia illarum, quod res ipsa docet, plerumque sunt *arbitraria*, nec ad certam Legem, aut Consuetudinem fixam, sed potius ipsam rationem & æquitatem naturalem accommodata.

§. 9.

Cumque hæc omnia domesticis
duntaxat cujuslibet Civitatis Scriptis in-
clusa teneantur, difficilis admodum nego-
tii foret in illa penitus indagavisse. In-
terim priore loco recitatarum Civitatum
Jura, (e) ejus generis, quodammodo
elucefcere poſſunt e Libello, qui hunc
præfert Titulum: *Jus Civile, ſive Statuta
Privilegia, Prærogativæ, ac Consuetu-
dines Municipales Regiarum ac Lib. I.
R. H. Civitatum, Oppidorum ac Loco-
rum Privilegiatorum, Jus Gladii haben-
tium, & ſe his conformantium, ad bene
vivendum, alterum non lœdendum, &
ſuum cuique tribuendum accommodatæ,
Bartphæ Typis Civitatis in 4to divulga-
to. (f) Quanquam multa in eo silentio
ſint prætermiſſa, quæ dictis in Civitati-
bus omnino in viridi ſunt obſervantia,
& e converſo plurima deprehendantur,
uſu contrario plane abrogata; ut hinc ple-
ni Tractatus nomen illud in hiſce Juri-
bus minime mereatur. In ipſius quoque
*Operis Tripartiti Parte 3tia, tredecim**

Ti-

Tituli, de Juribus & Consuetudinibus
hinc sonantes, habentur, quos proinde,
in quantum illis derogatum non esset,
authentieæ Legis vim apud illas obtine-
re, dubitari non potest.

(e) Methodum procedendi in his Civitatibus si-
spectes, illa pro Causarum varietate, varia-
et, ita, ut maioris momenti Causæ longiore
& solenniore, leviores autem breviore &
simplici tantum cursu terminentur, in illis-
que communiter per Allegationes Juridicas,
in his vero per orales duntaxat declaratio-
nes procedatur; Appellationibus itidem pro-
ratione diversitatis civitatum, in *Tit. 8. Part.*
3. Trip., luculenter explanatae, vel ad Magi-
strum Thavernicorum, vel ad Person. Praesen.
Regiae in Judiciis Locumtenentem, vel ad
Commune reliquarum Civitatum Judicium, e
Judicibus illarum, collectivo nomine sumtis,
constans, (quale apud infra recensendas Civita-
tes montanas, in Causis non montanis obser-
vari novimus,) admissis. Quæ omnia cumu-
latius perspicatiusque exhibentur, in egregio
Tract. quem celeberrimi condam Nominis &
magnæ expectationis ICtus, Stephan. Poor, *de*
Pocessibus Causarum, *coram Magistratibus earun-
dem Lib.* Regiarumque Civitatum judicialiter con-
troverti solitarum, perutilissima opera conscri-
psit, quiique a Musis meis in Mæsto asserva-

tur. Sed appellatum fuisse a Civitatibus raro vidimus, quod ego potissimum inde factum censeo, quod *primo* aliquæ Causæ domi per amicas Compositiones sopiri consueverint, permittentibus illas in quolibet foro pluribus Patriæ Legibus. *Secundo*, quod sæpe per multa annorum curricula non fuerint institutæ Revisiones Causarum appellatarum, ut hinc Partes Litigantes potius placidioribus mediis maluerint convenire, quam ab eventu Revisionis diuturnæ dubio adhuc modo præstolari, sæpiusque Deliberationes, etiam non contentæ, suo tamen reliquerint loco. *Tertio*, quod in hujusmodi Revisiones sumptus necessario impendi debeant, quibus multi destituebantur. *Quarto* denique, quod Appellantes illico decem florenos Magistratui numerare tenantur, vi *Art. 13. Juris Thavernicalis*, quod quidem, nisi Causa majoris sit considerationis, quilibet evitare studebat. Dantur præterea Oppida quædam, in suis antiquis Privilegiis id beneficii habentia, ne ab iis aliorum, quam ad Personalem, vel Magistrum Thavernicorum fiat Appellatio. In his numerantur: *Nyitra*, *Dobronyiva*, *Szászium*, *Pelsöcz*, *Bábaszék*, (quæ quatuor aliis etiam Pagi dicuntur,) *Zolna*, *Bárs* & alia plurima; quo quidem beneficio tamdiu uti possunt, donec probetur contrarium.

(f) Hunc libellum, e certis Schedis, Mscis,
& antiquis Civitatum Prothocollis erutum,
per-

permisso Ampliss. Magistratus Lib. Regiaeque Civitatis Bárthensis, ea cum conditione elargito, ut imposterum quoque, quodsi Justitia Legum Patriarum & Consuetudines approbatæ reliquarum Civitatum id exegerint, ulterius eundem explicare integrum sit, absque anno & die Typis publicis exposuit, ejusdem Civitatis Typographus *Thomas Scholcz*, habito, ut opinor, sub prætextu publici boni, privati etiam maxime lucri respectu, Unde simul intelligi potest, illum in dicta Civitate conditionatam duntaxat habere autoritatem, apud alias vero Civitates, tanquam consensu & approbatione illarum destitutum, pro authentico scripto, prorsus haberi non posse, nisi in quantum Usu & Consuetudine fuisset receptus, cuius tamen paucissima cernas Exempla. Interim sua non destituitur utilitate, ex ea etiam imprimis ratione, quod cum alias ejusmodi Civitatum Consuetudines neutiquam haberi possint, ex eodem tamen, qua publicis Typis prostante, a quolibet facile perspici valeant.

§. 10.

Jus quoque *Criminale* ad hanc classem commode referri posse, censeo. Quilibet autem facile animadvertisit, me hac appellatione non accipere Jus illud, sive Leges Criminales, quæ in Generibus

libus Regni Constitutionibus, ac ipso quoque Tripartito continentur, has enim jam supra sub generali Juris nomine edisserui: Verum ad *formam Processus Judicij Criminalis*, seu *Praxin Criminalem*, Librum hoc titulo prostantem, ac sumptibus *Eminen. Principis Cardinalis Leopoldi a Kollonics*, occasione felicissimæ Inaugurationis piæ memoriae Regis JOSEPHI, cui & dedicatus est, *Tyrnaviæ in folio*, Typis exscriptum, egomet respicio. Quæ quidem Praxis Criminalis primum per nonnullos Jurium callentissimos Viros privata authoritate concinnata, ac Provinciis Austriacis communicata fuerat, postea vero a FERDINANDO III. Imp. A. 1656. die 30. Decembr. in forma Constitutionis idiomate germanico publicata, ac tandem cum explanatione nonnullorum Articulorum in A. 1666. die 7. April. per ipsum quoque Augustissimum Imperatorem LEOPOLDUM Magnum denuo repetita, atque; ita iisdem Provinciis pro Lege positiva & municipali promulgata est. Et quanquam hæc ipsa praxis Criminalis, teste eadem Constitutione, solius

Au-

Austriæ Magistratus, infra Onasum existentes, concernat, nihilo tamen minis ab illo tempore, quo ab Anonymo quodam Interpretate Latina versione donata, ac modo jam dicto Hungariæ communicata fuit, ex eo imprimis Capite, quod in recta ratione, adeoque ipsa Justitia fundaretur, eam in Foris Hungariæ natâ est authoritatem, ut in Processibus Causarum criminalium penes ordinarias Regni Leges nihilo secius, ac si revera publica Lege recepta esset & confirmata, allegetur, ac ab ipsis quoque Judicibus in ferendis Sententiis accuratioribus adhibeatur.

§. II.

Neque id quidem immerito. Namque non generales tantum quorumvis Criminum Leges accurate in illa exhibentur, verum speciales quoque pro ratione Casuum scite applicantur, monstrata simul via ad Circumstantias in deemergentes, ac reum vel aggravantes, vel sublevantes qua observatu vel maxime necessarias, cautissime indagandas, & determinandas, adnexasque for-

formulis punctorum interrogatoriorum, quæ apud nos *Deutri puncta* vocantur, ad eliciendam Criminum perpetratorum veritatem, Reis proponi solitorum. Hæc tamen omnia non efficiunt, ut idem Scriptum pro authenticò reputari debeat, atque adeo in tantum duntaxat valebit, in quantum Usu receptum esse compiretur, donec publicis Regni Constitutionibus pro recepto declaretur.

§. 12.

Sed *Comitatuum quoque Statuta* species sunt Generis in fronte hujus Sectionis indigitati. Quanquam enim universi Hungariæ Comitatus, docente id ipsum *Titulo 2. Part. 1mæ. Oper. Trip.* una eademque Lege & Consuetudine Regni utantur, nihilo tamen minus eam habent facultatem, a Legibus Regni permisam, ut quilibet eorum *super agrorum, pratorum, sylvarum & fluviorum custodia, molendinorum proventibus, imo & circa observationem Processuum & Terminorum Judiciariorum*, ut nimirum breviore aut longiore cursu, Causæ in

in Foris illorum ventilari solitæ, determinentur, hisque similia, Statuta Legibus Regi conformia, constituere queat.

§. 13.

De primordio hujusmodi Statutorum, ut adeo simus solicii, vix operæ pretium esse puto, quivis enim, cui sana mens est, me quoque non monente perspicere potest, ab ipsis Comitatuum incunabulis illud esse deducendum; id tamen probe observandum est, in quolibet fere Comitatu hæc Statuta variari. Sic, in *Nitriensi*, *Honthen*. *Zolien*. & *Scepusien*. Comitatibus Actio querulosa in dupli exemplo conficitur, ac ita Vice-Comes Literas Certificatorias, quibus unum Exemplum includitur, cum præfixione Terminii extradare solet, per Judicem Nobilium & Juratum Comitatus Affessorum Parti in Causam attractæ exhibendas: in *Posoniensi* autem Comitatu Querelæ per V. Comites non subscribuntur, sed eæ Stylo Hungarico apponuntur, ac sic Certificatoriis inclusæ transmittuntur in Causam attracto, & quæ sunt reliquæ ejus-

ejusdem generis diversitates. Ligant vero hæc Statuta illos tantum, qui in Comitatu facti Statuti resident, vel etiam Bonorum possessione ibidem fruuntur; adeo ad extraneos, tanquam Jurisdictioni sui duntaxat Comitatus subjectos, extendi nequeunt.

§. 14.

Hac, Statuta condendi Libertate, etiam *Mercatorum, Aurifabrorum, Lanionum & aliorum Opificum Collegia* gaudent, que tamen speciatim Regio Consensu roborari debent, de præscripto *Tituli 2. Part. 3. Op. Trip.* Supervacanum foret, illa plenius hic enarrasse, cum omni fere in parte exterarum Nationum Statutis similia sint. Hæc vero omnium plenissime & erudite exposuit, præclari Nominis *ICTUS*, *Adrianus Beyerus*, in egregiis Tractatibus, quorum alterum *Boëthum, sive Opusculorum Juridicorum Fabricensum periculum novum, vulgo den Handwerks-Gesell*; alterum vero *Tyronem, sive Prudentiæ Juris Opificiarie præcursorum emissarium, den Lehr-Zung,* appell-

appellavit, neque minus in *Dissertatione Juridica, de Protectoribus Opificum, eorumque Magistratibus & Præfectis,* quorum Lectores remittimus. (g)

(g) Quibus addenda *Frider. Philippi. Dissert. de Colleg. Opificum, Lipsiae A. 1717. habita.*

§. 15.

Inter specialia Hungariæ Jura præterea collocari potest, *Jus Montanisticum, sive Metallorum,* sub quo Titulo Jus illud intelligo, quod Civitates Regio-Montanae, quales sunt: *Kremniczium, Schemniczium, Novisolium, (h) Libeta, Dilna, Königsbergum, Puganczum, sive Bakabánya,* cæteræque Civitates & Oppida Montana, (i) in Caulis circa Res Metallicas & Cultores illarum occurrentibus, observare consueverunt. Principio meris tantum Consuetudinibus illud continebatur, quas tamen succeſſu Temporis in certos Articulos redegerunt, ac taliter loco Legis Scriptæ usurpaverunt; verum divæ memoriæ Imperator & Rex Hungariæ MAXIMIL. II. viſis & per-

penfis pluribus incommodis impedimentisve, quæ ex defectu positivi accuratique Juris metallici Negotiationibus metallicis, dictis in Civitatibus non sine ingenti Ærarii Regii augmento florentibus, cauſabantur, animadverſis præterea vetusti Juris ejusdem lacunis & nævis, anno a partu Virginis 1573. non ſolum Constitutionem Montanam, vulgo Maximilianisſche Berg-Ordnung dictam, (k) quadraginta & ſex Articulis conſtantem, optimo instituto compilari, ac pro Lege poſitiva per totam Hungariam, & ſpeciatim in iisdem montanis Civitatibus promulgari curavit; verum vetuſtos quoque illos Articulos in ſuo vigore relinquendo, duplīcēm insuper illorum explanationem eidem Constitutioni adjecit, ut ſic priori & recenter lato hoc Jure tanto commodius, tutiusve iisdem uti licuiffet. Qua quidem Constitutione illæ in præſentiarum quoque utuntur, utenturque eousque, donec ſecuturis temporibus mutationem aliquam pariatur, (quam quidem Authoritatem ſibi & ſucceſſoribus ſuis ibidem expressis verbis reſervavit idem Glorio-
fus

fus Imperator,) quæ tamen jam hoc minus metuenda, quod *Art. 108. An. 1723.* definitum sit, Judicia montanistica secundum privatas eorundem Leges, (sub quibus & hanc Constitutionem intelligi, extra controversiam est,) ultra sæculum stabilitas, in suo esse relinquenda venire.

(b) In harum Civitatum enumeratione turpiter hallucinatus est supra quoque reprehensus *J. Decius*, quando *Lib. 1. Tit. 45. §. 4. Syntagm.* sui, loco Cremniczium, Schemniczium, & Libet-Bánya, *Cremniczia*, *Schemniczia*, *Lebete* ponit. Ignorasse quoque eundem numerum Civitatum Montanarum Hungariæ, eadem paragraphus documento est.

(i) Sub illis continentur etiam Oppida: *Gölnicz*, *Schömnicz*, *Rudno-Bánya*, *Jászovia*, *Telke-Bánya*, *Rosnavia*, *Stósz*, *Meczenseiiff*, *Schvedler*, *Vayendrißsel*, *Remete*, Germanis *Einsidl*, quorum antiquissimum est *Gölniczium*, ut appareat ex principio *Articulorum Montanorum*, A. 1487. unanimi priorum sex Oppidorum, *Cassoviam* eotum congregatorum, consensu conclusorum. Ex supra laudato Okolitsányiano Opere Ms&t o observo, Civitatem *Nagy-Bánya*, sive *Rivulum Dominarum*, quæ pariter in Albo dictarum Civitatum Montanarum continetur, eam in Privilegiis suis habere exemptionem, ut non alibi, quam

in Camera Scepusiensi ab ejus Judicio suscep*tæ*
 Appellationes revideri queant, quod quidem,
 si de Causis, inter Cives illius agitatis, intelligatur,
 omnino salva manet isthæ communis Juris mo-
 dificatio; Extraneis tamen, contra Cives, aut
 ipsam Civitatem procedentibus, in consueto
 Juris Processu hocce Privilegio suo nihil præ-
 judicare potest.

(k) Isthæ Constitutio primo quidem Viennæ eo-
 dem Anno sub Titulo: Neue Berg-Ordnung
 des Königreichs Ungarn, und solcher Kron ein-
 verleibten Goldt, Silber, Kupfer und anderer
 Metall Bergwercken, samt denen Erleuterungen
 zweyer alten Berg-Ordnungen, der sieben König-
 nigl. Freyen Berg-Städte Kremnitz, Königs-
 berg, Schemnitz, Neusohl, Buggantz, Döll-
 len, und Libethen &c. in fol. excusa fuit,
 Typo aliquantum vulgari, postea vero An.
 1703. ob defectum exemplorum primæ Editio-
 nis cum consensu Excelsæ Cameræ Aulicæ eo-
 dem sub titulo denuo Viennæ recusa, ac du-
 plici Indice locupletata est in f. quæ posterior
 editio priore multo est elegantior. Habetur
 etiam illa in Epitome hujus nominis: Cum-
 marischer Extract und Innhalt aus der Berg-
 Ordnung der sieben Hungarischen Berg-Städte,
 Vratislaviae A. 1694. in majori 12. edita, Au-
 thore Joanne Steinhübl, condam dictæ Civita-
 tis Cremniczien. Rerum Montanarum Cura-
 tore.

§. 16.

Est & aliud *Jus Sub-Montanum* in Hungaria, quod *Oppida* & *Villæ*, *Tractui Arcis Tokaiensis*, patria Lingua *Hegyallya* nuncupato, adjacentes, in decisionibus Causarum, circa *Vineas*, decimis pendendis obnoxias, ac Bona in Territorio illarum habita, sequuntur, atque omnes illos, qui ibidem alterutrius possessionem habent, tam stricta ratione obligat, ut nullus Contractus, perennitatem involvens, validus censeatur, nisi coram Judice dictorum locorum celebratus fuerit. Ipfis tamen potius Conscripto illud consistit: servaturque in Processu Causarum hæc Methodus, ut, si a primæ Instantiæ Judice, sive Magistratu oppidano aut villatico, haud favorabilem Deliberationem accipient Partes, tunc ad Dominum Terrestrem, sive sedem Dominalem eorundem Locorum Appellatio interponatur, a qua deinde nulla amplius admittitur appellatio, nisi quod nonnunquam per modum Instantiarum ad ipsum

Terrestrem Dominum convictos recurrere observemus. Et tametsi hæ Consuetudines Judiciales, a communibus Regni Legibus multum discedant, attamen Literis Procuratoriis, in Locis authenticis emanatis, locum dare tenentur, exigente *Articulo 68. Anni 1638.* qui etiam mentionem facit *Juris hujus.*

§. 17.

Non multo dissimilem Consuetudinem observant, *Promontoria Vinearum, in Dominio Arcis Szádvár, ad I. Familiam Esterházianam pertinente, situata, eujusmodi sunt: Almás, Körtvélyes, Fábloncza, Sziglegeth, Szénye &c.* His autem gradibus in Foris illorum currunt Processus Judicarii: nimirum primo coram Judicio Pagi, ad quem Promontoriūm sive Vinear spectant, vulgo *Füstös Törvény*, id est, *Judicium fumeum, sive infimum, (l) vocato, Causa suo modo suscitatur; deinde vero in Casu non obtentæ pro voto Sententiæ, certi ex aliis Pagis eliguntur convocanturque Judices, per quos Causa sic appellata de-*

nuo revidetur, quod Judicium nato sermone *Videki Törvény*, id est, *Judicium Convocatum* dicitur; tandem nec hac revisione sibi satisfactum esse putans Pars alterutra, Causam suam per modum Appellationis ad sedem Dominalem prædictæ I. Familiæ deducit, in qua Dominus Terrestris, vel in propria Persona, vel vero per hominem suum eam ad revisionem deputatum, convocatis etiam ad solidiorem Causæ indagationem decisionemque potioribus Comitatus membris; ejusmodi Causæ finalem imponit sententiam.

(1) Nostrates *Fumale* Judicium vocant. Est autem hoc Judicium, si generaliter definiendum sit, infima sedes, seu vilissima Jdictio Oppidorum non privilegiatorum, Rusticorumque nulla prorsus libertate gaudentium, ut videre est in Tit. 25. P. 3. Denominationem ipsam a fumi similitudine ideo desumptam suisse autumo, quod veluti fumus, juxta illud Poëtæ: *Nil nisi Terra sumus, sed Terra est nil, nisi fumus; sed nihil est fumus, nos nihil ergo sumus, nihil est, ita quidquid judicando fecerit rusticus in fumum abire soleat, nisi a Domino suo ratum gratumque habeatur.* Forte & modus vivendi

rusticanus, quod Casæ illorum ut plurimum fumis abundant, huic appellationi occasionem originemque dedit.

§. 18.

De *Jure Militari Hungariae*, quod nunc pariter attingendum, multa quidem occurunt in generalibus Regni Decretis, (*m*) cum primisque circa modum Exercitum ex ipsis quoque Nobilibus Regni colligendi ac in Expeditionem educendi; quæ summatim exhibentur in Censura Jurisperitorum, sub voce *Milites*, attamen hæc tanta non sunt, ut consummatum & plenum Juris Militaris Complexum efficiant. Quem quidem defectum hactenus adhuc perferre posse videbatur Hungaria, quod Incliti ejusdem nativi Milites in rebus extra Militiam contingentibus, communi Patriæ Jure (*n*) usi fuerint, in Causis autem Militaribus ab Excelso militari judicatu suum obtinuerint Judicium, maximam partem Consuetudinibus, a longissimis temporibus observatis, ac partim in Scriptum redactis, innixum; Incliti autem Milites

Sa-

Sacratiss. Cæs. Regiæque Majestatis, Germanicæ Nationis, in Hungaria existentes, peculiaribus Legibus suis gaudeant, neque Patriæ nostræ Juribus, nisi in quantum Bona in Regno possident, obtemperare teneantur, horum enim intuitu Jurisdictioni Magistratali omnino subjacent, ac præterea Onera & Contributio-nes, ab illis provenientes, per solvere obligantur, per expressa verba *Articulorum* 93, 1659. & 78, 1681. Annorum.

(m) *Werboczius* quoque noster in Tit. 4. Prologi sui ad *Tripartitum Opus de Jure Militari* quasdam duxit Lineolas, sed revera mancas & parum accuratas, namque exercitium potius Militiæ bellicum, quam Juris Militaris scientiam exposuit, quem quidem defectum pro singulari eruditione & accurateione sua omnino suppleuisse credo, *Michaëlem Pancratium, in Traclatu,* quem *de Jure Militari* ad hunc Titulum se composuisse ipsem testatus est, in infra recensendi *Traclatus* ejusdem *Historico-Politici* Sec. 6. §. 27. Id saltem doleo, quod hactenus illum conspicere mihi non licuerit.

(n) Nimirum quando in Castris, seu Expeditio-ne Bellica non fuerant, nam tunc omnino coram Jurisdictione Militari conveniri debebant, debentque & in præsentiarum.

§. 19.

Intertentionem & accommodacionem utriusque Militiae quod concernit, illæ in *Regulamento*, sive *Determinatione* suæ Cæfareo-Regiæ Majestatis, hoc nomine insignita, ac tam penes eandem, quam Comitatus in Scripto existente, ad amissim præscriptæ sunt. Ad cuius etiam tenorem illa omni in parte, ac ita quidem semet conformare debet, ut si terminos ejusdem exceferit ejusmodi excessus, ex (o) obvenientibus sibi portionibus militari- bus omnino defalcari queant. Quæ omnia, ut Spes pulcherrima nos sovet, plenius ac fusi- us explicabuntur definiturque in *Systema- te Militari*, quod ex paterna sapientissimi Regis nostri determinatione, propediem præstolamur.

(o) Quod autem attinet alias hujus Militiae Ex- cessus, v. g. *oppressions*, *incaptivations*, *verberatio- nes*, *vulnerationes* & *interemptiones miseræ Plebis*, ac aliorum quorumlibet Regnicolarum, in his pro- cedendi modus Art. 22. A. 1681. determinatus est, qui huic evolvendus.

§. 20.

§. 20.

Juris quoque Oeconomici & Politici, qua similiter particularium, & hactenus nulla Scriptura fulcitorum Jurium, Constitutio & publicatio, ab eventu futuræ Diætæ juxta *Articulum 115. A. 1723.* pendet. Quæ tamen triplicia Jura, generaliter considerata, potius Statum Regni Hungariæ *publicum*, quam privatum, concernunt & complectuntur, ut adeo sub generali etiam *Juris illius nomine*, quod exinde *Publicum (p)* in specie dicitur, accipi queant.

(p) *Juris Hungariæ Publici Historiam* hoc Libello ex professo tradere, nec Instituti ratio permettebat, nec etiam volupe fuit: illam tamen quadāntenus me attigisse, ex superioribus observare licebit. Interim non ingratum fore putaverim B. L. si Scriptores illos, qui illustrandis concinnandisque Juribus hisce hactenus inclinaruerunt, Methodo in præmissis observata, paulo accuratius enumeravero. Potissima laus in hoc Argumento debetur *Mich. Pancratio, Sabes, Transil. Utr. Jur. D.* qui scripsit: *Tractatum Polit. Hist. Juridicum Juris Publici Regni Hung. Magistratum & Statuum, tam Ecclesiasticorum, quam Secularium Originem in gener*

uere & in specie exhibentem, illumque septem Sectionibus & quibusdam §§. inclusit, *Cassoviae A.* 1668. excusum in 4. Quod enim in modo recitato exigui hujus Libri titulo promisit Author, id tanto cum fundamento & Studio præstítit. ut idcirco summæ accurationis laude dignus mihi esse videatur. Hæc tamen, diligentissima licet, ejus *Lucubratio*, eo extendi non potest, ut perfecti integrique Operis encomio in hoc Jure concelebrari posse mereatur, quod, Causam Materialem Statuum, de qua *Sectione ult.* brevib s egit si excipias, fines ad indagandum discutiendumque sibi ex instituto propositæ Originis ipsius Regni membrorumque ejusdem, non videatur esse transgressus, adeoque tam vastam & amplam Juris hujus Materiam neque potuerit ex æquo exhaustire. Neque contemnenda est *Facies Jur. Publ. Hung.* quam primum quidem *J. A. Lochnerus*, *Sopron.* in forma *Dissertationis*, *A. 1666.* *Tubingæ* publice proposuit, ego vero postea variis observationibus adauctam *A. 1717.* *Jenæ* iteratis Typis exscribi curavi in 4. Plurima namque Juris hujus Capita, a Pancratio prorsus neglecta, e. c. de *Regno*, *Rege*, ejusdemque *Insignibus*, *electione* & *Coronatione*, de *Comitiis item*, *Militia* & *fortitudine Hungarorum* &c. satis accurate atque perspicue delineavit Auctor industrius, continno quoque laudatis testibus, quibus sua debet. Interim hæc revera *Facies* tantum est tanti *Corporis*, quod diffusissimus hujuscemodi Jurium ambitus

con-

constituit, quod me quoque non monente lu-
bentissime largientur ii, quibus reconditiores
eius rationes perspectæ sunt. Vid. etiam, si
vis, quæ in *Præfat. ad hunc Lib.* monui. Duo-
bus hisce Scriptoribus A. 1722. accessit Dn.
Mich. Bencsik, Jur. Patrii in alma Archi-Epp.
Universit. Tyrnav. Prof. Publ. & Causar. U.
F. per Hung. Adv. *Scriptum*, hocce adorna-
tum Titulo: *Novissima Diæta Nobilissima, Princi-
pis Statuumque & Ordinum I. R. Hung Partium-
que eidem annexarum, sive Propositiones Academicæ
Lege Nobilitares, Jus Patriæ Publ. redolentes, ex
Tit. 9. primordiali Part. I. Trip. aliisque Regni
Constitutionibus deductæ, Tyrnaviæ in 4. Tribus &
viginti Propositionibus exindeque erutis non-
nullis Quæstionibus & Resolut. totum constat
opusculum. Cæterum de Labore Authoris ita
judico, quod 1. Ordinem Tabularum Sessio-
numve Diætalium, hactenus a paucis attactum,
accuratæ exhibeat, 2. Quod de I. Regni Sta-
tibus & Ordinibus generatim differendo, mo-
dernos quoque publicis Officiis condecoratos
Status & Magnates in specie, non contemnien-
do labore recenseat, 3. De Regibus Hung. & præ-
sertim moderno fortissimo illius Rege CAROLO
VI. ejusdemque Juribus Majesticis, brevissime
quidem, at apposite & scite scripscerit, 4. Or-
dem Excel. Cancellariæ Hung. nec non Con-
siliii Poson. opera perutili edifferuerit. Deside-
riis tamen pariter notandus est: 1. quod do-
mesticis rebus multa commisceat aliena, 2. In*

Ori-

Originatione Gentis Hung. & similibus Histori-
cis argumentis, vulgares, jamque saepius ex-
plosas sectetur opiniones, 3. Malevolus & bi-
losus sit erga alienos a religione sua, quippe
quos identidem mordaci calamo infectatur, 4.
denique privata existens Persona, de Rebus
& Negotiis, ad publicum spectantibus Statum,
imo publica Lege stabilitis, Judicis Officium,
quam tamen cautum, quamve maturum &
æquum, sapientiores judicent, sibi arrogare
præsumpserit. Unde etiam postremis hisce
ausibus fœtui suo eum conciliavit honorem &
perpetuitatem, ut parum abfuisse dicatur,
quin I. Stat. & Ord. in novissima Diæta Po-
son. existentes, quibus oblatus erat, in publi-
ca tum temporis celebrata sessione, gravius
in eundem animadverterint. Tandem in eo
quoque nimii amoris propriæ gloriæ suæ sub-
sumptionem evitare non poterit Author in Or-
be eruditio, quod in *Præfat.* scribere non eru-
bescat: se nullibi reperivisse Gentis Hung. Nobili-
tatem, ejus Originem, Statuum & Ord. Diætalem
& extra Diætalem seriem, Regiæ successionis dire-
cte observatos gradus, Privilegia item Nobilitaria,
&c. Plures namque exstant Scriptores, qui
ante Authorem in explanandis hisce Argu-
mentis copiosiore & saepius accuratiore instituto
versati sunt, veluti *Pancratius* & *Lochnerus*,
Scriptis ante allegatis: *Ritthalerus* in *Dissert.*
Academ. de Nobilitate Hung. *Iudevigijs* in *Ger-*
mania Principe Lib. 1. *Eckmannus*, de *Notitia*
Di-

Dignit. Illustrium, Oldenburgerus, in Thesauro Rer. Publ. sub Titulo Hungaria. Henning. Arnisæus, de Jure Majestat. Lib. 1. & 2. Gudius, in Libro: Staat von Hungarn, Anonymus, in Republ. Hungariae, & alii.

§. 21.

Progedior nunc ad *Jus Venationum*, sedulo indagaturus, an, & in quantum Hungaria illius usu frequentetur. sene cui amantissimus Hungarorum venandi animus, ac promptissima ad persequendas cujusvis generis feras, agilitas, qua præ multis & optimis Europæ Gentibus merito gloriari possunt, perspecta est, præterea illud quoque in mentem venit, Majores illorum, si fabulari Historiæ credimus, primariam emigrationem suam in Pannioniam, ab occasione Venatorum, feram fugientem trans Paludem Meotidem persequentium, suscepisse, (q) ille persuasissimum fibi haberet, iisdem in hoc Instituto quam plenissimas ac solennissimas esse Leges, non ignarus, quam accurata & singularia Jura eam in partem habeant externæ Nationes. At

res

res ipsa docet, Hungariam, folo Venatio-
nis exercitio contentam, eas prorsus ne-
glexisse. Neque enim ulla hac facien-
tes Leges, reperire licet in toto Juris
nostrri corpore, etiam si ipsum quoque
addatur Tripartitum, præterquam, quod
illa Rusticis interdicta sit, *Art. 18. Vladisl. Decr. V.* quanquam & hi eandem
per abusum sibi identidem vendicave-
rint.

(q) Perhibetur hæc Historia a Bonfinio, *Rer. H. Dec. 1. Lib. 2. pag. 28. Petro de Reva, Cent. 7. p. 145. d. Anonymo in Republ. Hung. Cap. 3. p. 97.* qui tamen fabulæ, quam Historiæ propiorem eam habet, & pluribus aliis qui his sua debent.

§. 22.

Inde vero etiam Venatio hucus-
que per integrum fere Hungariam libera
fuit ac illiminata, illis duntaxat locis
exceptis, qui a Magnatibus & unicis Pos-
sessoribus tenebantur, in his enim quan-
doque, dum fieri poterat, illa prohibe-
batur. In novissima Diæta Posoniensi ab
1. Statibus & Ordinibus Regni multis vi-
cibus

cibus & quam solidissime disputatum erat, utrum Venatio imposterum quoque promiscue libera sit permittenda, vel saltem restricte, nimirum, an cuilibet Magnati & Nobili in propriis tantum, vel etiam alienis Bonis & Territoriis venari licebit? priorem Sententiam Magnatibus, alteram vero univerfis Regni Nobilibus amplectentibus. Tandem unanimi illorum voto, accedente etiam clementissimi Regis & Domini sui consensu, conceptis verbis (r) definitum esse, intelleximus: Venationem, uti haec tenus a longis Annorum curricula observabatur, imposterum quoque liberam relinqu Nobilibus, ac solos duntaxat rusticos ab illa penitus esse prohibendos.

(r) Principio quidem conclusum erat, verba-
lem hanc Sanctionem, reliquis Regni Articu-
lis inserendam esse, quo fine etiam in Literas
jam fuerat relata, quod tamen minime factum.
Satis est: rusticos, cum speciali prohibitione,
ne amplius absque permisu & mandato Do-
minorum suorum venatum profici præsu-
mant, armis esse exutos, Nobilesque Venatio-
nem etiamnum promiscue & libere exercere.

§. 23.

Pertinet quoque ad hanc speciem
Jus XIII. Oppidorum Scepusiensium, quod
 ut tanto altius accuratiusve a nobis repeta-
 tur, illud vel maxime notandum erit,
 eadem maxima ex parte a germanicæ Na-
 tionis, ac potissimum Saxonica Gente ori-
 undis populis, (*s*) inhabitari. Inde ve-
 ro non obscure colligimus, priscis tem-
 poribus Saxoniciis Juribus & Consuetu-
 dinibus illa semet accommodavisse. Po-
 stea tamen, habito ea de causa ab iisdem
 Incolis speciali Conventu, Leges quas-
 dam municipales, e Jure Saxonico &
 Consuetudinibus vetustis combinatas, con-
 siderunt, (*t*) ac Regia quoque authori-
 tate corroborari fecerunt, quas & nunc in
 Manuscriptis habemus, passimque; in Fo-
 ris illorum, sub titulo: *Gemein Land-*
Recht der Zipser, von den uralten Inwoh-
nern des Landes bewilligt, und durch Kai-
serliche auch Königliche Macht bekräftiget,
im Jahr 1370. usurpari observamus.

(*s*) Lingua, mores, Leges, Institutaque illorum
 & centena alia sufficientissima hujus asserti ar-
 gu-

gumenta sunt, a nemine nisi bardo, facile in dubium vocanda. Sed ipsa quoque Historia testis est omni exceptione major, quam e genuinis fontibus suis dextre repetitam, optime tradidit Belius, cordatus ille & sagacissimus Historiae patriæ Indagator, in jam laudata *Præfat.* ad *Instit. Grammat. Germ.* §. 5. &c. seqq. Addi potest *David. Frölichii, Medulla Geograph. Præfl.* pag. 354. Quid? quod & Privilegium Stephani V. filii Belæ IV. an 1271. die 8. Decembr. illis collatum, id manifeste ostendat, unde ista maxime huc pertinent verba: *Placuit nobis inter cetera libertatem fidelium hospitum nostrorum Saxonum de Scepus, gratosius reformare, concedendo iisdem hanc Gratiam.* &c.

(t) Universæ autem hæ Leges centum Capitulis absolvuntur.

§. 24.

Non tamen directe & simpliciter illas observant dicta Oppida, verum, quia alioquin etiam authenticum earum exemplum jam non haberetur, ac etiam ad decidendos quoslibet in Republica & Processibus Judiciariis occurrentes Casus minus videatur esse sufficientes, ideo, pro diversitate hujusmodi Casuum, illas diversimode applicant modificantque, at-

que; in universum nullis certis Legibus se conformant, plerumque secundum id judicando, quod rectæ rationis & æquitatis Conscientiam dictare putant. Quod quidem præcipue de *civilibus* Negotiis intelligendum. In Causis namque criminalibus, cum eadem Leges minima in parte ad illas se extendant, a longis annorum curriculis *Jurisprudentiam criminalem Carpaczovianam* sequuntur, ac fere authenticæ Legis loco in praxi observant, vocata etiam nonnunquam in subsidium *Constitutione Criminali CAROLI V. Imp.* & antea recensita *praxi criminali Kollonichiana*.

§. 25.

Cumque *Iglovia*, alias etiam *Neocomium* dicta, quæ inter illa non immerito primas obtinet, ob præclaras variorum Metallorum venas, (**) quæ in Territorio illius eruuntur & conflantur, earumque intuitu tibi collata singularia ferenissimorum Hungariæ Regum Privilegia, non injuria Regio - Montanis annumerari queat Hungariæ Civitatibus, hinc etiam
ad

ad conformatiōnē illarū in rebus & Causis metallicis, de Majori superius explanatis Maximiliani Imperatoris Constitutionibus montanis utitur, penes quas tamen peculiares quoque Leges, a piæ memoriæ Principe, STANISLAO HERACLIΟ LUBOMIRSKΙ, S. R. I. PRINCIPE ac COMITE IN WISNICZ & JAROSZLAW: Tit. promulgatas, ac per modernum benignissimum Principem & Dominum nostrum, CELSISSIMUM quippe S. R. I. PRINCIPEM, THEODORUM CONSTANTINUM, COMITEM pariter IN iisdem WISNICZ & JAROSZLAW LUBOMIRSKΙ, Tit. benigne confirmatas, cum nonnullis Cofuetudinibus, observat.

(*) Tempore Sigismundi, Regis Hung. Argenti, Mercurii, Cupri, Chalybis atque Ferri metalla hic effossa elaborataque fuisse, documento est privilegium Ejus, Civitati huic super libera annuos hebdomadariosque Mercatus celebrandi, eorumque occasione res mercesque quaslibet publice distrahendi ponderandique facultate, elargitum. Hæc enim ibi leguntur verba: *Praedictis Judici, Civibus & hospitibus praettatæ Civitatis nostræ nouæ, Iglo vocatæ, ac ipsorum posteri-*

tatibus universis, ut iidem eo melius & solertia
montana argenti, mercurii, cupri, chalybis & fer-
ri, in Territorio ejusdem novæ Civitatis nostræ
Iglo habita & coli consueta, laborare possint, has
libertates perpetuis successivis temporibus duraturas,
denuo & ex novo duximus annuendas & conser-
endas &c. Impræsentiarum Argenti Mercuriique mi-
neræ, quas olim omnino floruisse scriptis quo-
que traditum me legisse memini, prorsus hic
negliguntur, non quod plane defecerint, (re-
periuntur enim illarum nunc quoque sufficien-
tissima vestigia,) sed quod Incolæ conflatio-
nem illarum jam fere dedidicisse videantur,
neque etiam in res dubii eventus mercationis-
que; haud asuetæ facile sumtus impendere ve-
lent. Ita nec Chalybi confiendo illi modo in-
cumbunt, tametsi non contemnendæ bonitatis
Ferrum sufficienti numero quotannis hic pare-
tur. Sed *Cyprii* tamen *Aëris* fodinarum culturæ
hac quoque tempestate eos diligentissima indu-
stria deditos esse videoas. Utinam & *Cinnaba-
rinæ* venas, quarum præstantiam ipsem et
pertus sum, aliquique testatissimam habent, pari
sedulitate scrutarentur eruerentque. Cæterum
memoratu dignum in hoc & ante citato Steph.
V. Privilegio, quod Civitatis hujus Cives ab
ipsis Regibus *hospitium* nomine fuerint insigniti,
cujusmodi denominationis rationem haud dif-
ficeret invenerit, quisquis historiarum vel
mediocriter peritus est. Denique id quoque
observamus ex eodem Privilegio, Bello Hussi-
tico,

tico, quod *Sigismundo* regnante Hungariam corripuerat, cum pluribus Scepusii Civitatibus & Oppidis hanc quoque Civitatem ab Hussitis di-reptam ignique exustam, imo cunctis Privile-giorum suorum Instrumentis exutam fuisse, quo-rum tamen Restitutione eos *Sigismundus*, con-fecto tandem hocce Bello, benignissime conso-latus est.

§. 26.

Juri Hungariæ, de quo supra pl-e-nius actum, nullus hic locus datur; quod quidem mutationi pristinæ Jurisdictionis imputaveris. (**) Exulant quoque a Foris illorum *Causarum Patroni*, quippe quod speciali quasi quadam Lege cautum observent, ne illi in Judiciis admittan-tur; quod forte ideo factum esse conji-cio, ne Incolæ, subtilioribus Processibus non asueti, ac potius agriculturis & la-boribus intenti, a perversi nominis Ad-vocatis, quibus familiarie est, Causas et-si levissimas intricare, protelare, ac in-justissimas quoque speciose defendere, decipientur, sive Causas & nummos perdere debeant, quæ quidem confide-ratio ad probos, cordatos, Justitiæque

amantes Advocatos, a quibus hæc longe sunt aliena, non deberet extendi.

(**) Vide omnino *Petr. de Reva*, d. *Tr. Cent.* 5. pag. 32. adde quoque etiam *Dn. Matth. Bellii, Prodromum, opus mea laude majus, Hung. novæ Lib. 2, Sect. 3, §. 1.*

§. 27.

Cæterum his terminis apud illos eurrunt Processus Judiciarii: nempe Actor Actionem suam, quam contra Civem cuiuspiam Oppidi erigere cupit coram Foro illius, qua in causam attracti, Judice videlicet Civitatensi, (u) proponit, petitque eundem more consueto citari, quam etiam Citationem Judex medio servitoris publici perficit, cum præfixione Termini. In hoc igitur Termino, si Causa pro parte Actoris decisa fuerit, tunc Executionem latæ sententiaæ ulterioris urget Incatto contrario in casu Literas Absolutionales petente; ubi vero sententia sibi non placuerit, Causam suam pro maturiori revisione ad Sedem Regiam, den. Königlichen Stuhl, ex XIII. Judicibus prædictorum Oppidorum & uno Comite,

vul-

vulgo Graff der XIII. Städte, vocato, constantem, appellat, acceptis desuper a primæ Instantiæ Judice Literis Transmifionalibus, sive Apostolis; a qua deinde aggravantem porro Deliberationem accipiendo, talismodi Appellationem denuo ad *I. Locumtenentiale Iudicium Arcensem* ejusdem Celsissimi Principis & Domini nostri, Perillustrem videlicet & Magnificum Dn. Gubernatorem horum Oppidorum Arcisque Lublovien. Commendantem, deducit. Atque hac tandem Instantia finiuntur Causæ universæ, quanquam nec hic simpliciter præclusa sit via, in casu habitæ ad conquerendum rationis sufficientis, ad Celsissimum Principem per humilimas supplicationes demisse recurrendi. Hæc ipsa tamen omnia in Causis tantum *Ordinariis*, obtainere solent. In Casibus autem *Ordinem conseutum excedentibus*, ac altiorem indagationem postulautibus, ut plurimum certi a sua Celitudine deputantur Commissarii, ad componendas ejuscemodi Causas idonei, a quibus deinde, si necessitas id requisi-

verit, rursus ad suam Celsitudinem illæ referuntur.

(u) Quodsi autem Actori contra Judicem cujuspiam Civitatis Causa prosequenda sit, illam Coram Comite, vel Sede Regia, movere debet, observato cæteroquin ordine in hac §. declarato. Ita & Criminales Causæ ad Forum duntaxat Sedis ejusdem pertinent, quamquam Executiones Reorum in omni illa Civitate peragi queant, ubi Comes residet.

§. 28.

Utinam vero repertus fuisset Scriptor idoneus, qui municipales hasce Leges illorum & Consuetudines plene Judicioque pragmatico adhibito Literis tradidisset, ac publicæ quoque lucis fecisset, (v) hac enim ratione longe facilius foret Judicibus accuratiores ferre sententias, neque committerentur ulli errores, quos quidem in hoc Juris scripti & publici defectu penitus abesse posse, mihi certe persuadere nequeo. Sed hæc quidem hactenus.

(v) Evidem Joann. Marci Leibiczev. Viri in his Oppidis Olim celeberrimi ac multis publicis

cis Officiis defuncti, *Mscitum Opus*, in supelle-
 ctili mea Literaria cum pluribus aliis asserta-
 tum, quo ille dictas Leges e Jure Justinianeo
 & Saxonico, multisque aliis Politicis Doctri-
 nis locupletatas, ac ad ipsam praxim accom-
 modatas, ingenti studio exposuit, illiusmodi
 desideria nostra restinguere posset, quodsi,
 quæ vota nostra sunt, in publicam lucem illud
 proferre liceret, qua de re tamenadmodum dubi-
 tavero, ex rationibus jam supra, ubi de Mscitis LL.
 Hung. communium differui, subnexit. Titulus
 Libro est: *Epitome Processus Judicarii*, oder kurze
 Eileitung und Unterweisung, wie die Gerichts Pro-
 cesse nach denen Kaiserlichen, Sächsischen Gemei-
 nen und Willkürlichen Rechten sollen geführet
 werden, *Iglowia A.* 1698. *in f.* constatque inte-
 gra illius *Tractatio sex Capitibus*, certisque
 Titulis, in nonnullas §§. disjectis. Idem In-
 stitutiones quoque Justinianeas, in germanicum
 sermonem prius a se versas, *in compendium* re-
 degit, ac sub certis accuratisque quæstionibus
 ita exhibuit, ut etiam ab Idiomatis Latini
 Scientia destitutis, haud difficulter intelligi que-
 ant. Mereretur profecto & hæc non contemnenda
 ejus opera, quæ a tineis & blattis vindicetur,
 si per fata Musarum Hungariae liceret, quæ
 tamen jam fere inevitabilia esse videntur, nisi
 per modernam felicissimam temporum ejus re-
 parationem, iis quoque benignior affulgeat for-
 tuna, quam quidem toto corde comprecamur.

Neque intactum hoc loco relinquere debet JUS OBLIGATORIUM, in specie sic dictum, quod nonnullæ Civitates, imprimisque dicta Oppida montana, certis anni temporibus observant, ita, ut creditoribus quibuslibet eorum intra tres dies, quibus judicium durare solet, cunctos debitores suos in Jus vocare liceat, finitis hisce diebus, omnimodam obtenturis satisfactionem, quam quidem alio tempore nonnisi intra quindenam sibi promittere possunt. Denominationem ipsam Juris hujus *a strictiori obligamine*, quo debitores dicto modo compesci solent, pro manasie autumo. Germanice *Pantheidung* illud vocant. Simile quid etiam Rosnyaviæ obtinet, cuius Incolæ illud Hungarico sermone *Czinkus Törvén* vocant, videoturque hæc appellatio profluxisse a Germanico *Zwingen*, cogere, quod ære alieno obruti, eorum ad solvendum cogantur. Sed quid Hungaris cum Notionibus germanicis? Resp. Saxones Metallici, qui ibidem frequenti numero olim degebant, hanc consuetudinem, cum reliquis supra recensitatis Oppidis montanis observavere, a quibus deinde ad Hungaros transiit mixta hæc denominatio.

§. 29.

Ultimo tandem loco, de *Juribus Regnum Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ & Transilvaniæ* pauca quædam ad-
jice-

jicere visum est. *Dalmatia* olim Græcis paruit, ab his cum Illyrico obvenit Romanis, Imperio Romano in Orientale & Occidentale diviso, primi pars est facta, stetitque sub Imperatoribus Constantinopolitanis, quo quidem tempore partim propriis, partim etiam Romanis Legibus illam fuisse usam, extra dubitationem ponendum esse putaverim. Heruli, Gothi, Franci, Italæ invasores, armis eandem infestarunt aliquoties, sed Venedi, seu Sclavi sexto, ut credunt, seculo, Dalmatas cum vicinis subjugarunt populis, atque istius Oræ Provincias exinde incoluerunt. Cum novis Incolis Regiones illæ novis appellatae sunt nominibus, *Croatæ*, *Sclavoniæ*, *Bosniæ*, *Serviæ*, (x) quas vero Sclavocis, Paganismo tamen infectis Legibus, locum eorum dedisse, res ipsa ambiguos nos relinquere nequit, hac enim tempestate illas jam fuisse celebratas, scriptis traditum legimus. (y) Temporibus *Ioannis VI.* summi Pontificis, qui circa Annum Christi 641. floruisse dicitur, si *Georg Ratkay* (z) fides habenda sit, a *S. Budimerico*, *Dalmatiæ*, *Croat.* & *Sclav.*

Sclav. Rege, Legati Romam missi sunt, sollicitis precibus Pontificem rogaturi, ut Genti, ex qua ipse oriundus esset, de Viris sanctimonia & authoritate conspicu-
is prospiceret, & per hos Populum a Gentili ferocitate suis auspicis renitentem Sacro Christianorum accenseret Gregi.
Hac Legatione audita, Pontifex postula-
ta ulti concessit, & extemplo duos ad Regem Cardinules totidemque Episcopos destinavit, præfecto illis Cardinale Honori-
o ceu supremo Papæ Nuncio, qui poste-
quam munere Legationis suæ defuncti fuissent, Leges quoque Regno salutares, præprimisque tales, quæ novellis Christianis in fide suscep-
ta, conservandis ap-
prime essent proficuæ, communi Regis
& Regni consensu constituerunt; quas etiam a securis Regibus firmiter tutas fuisse, opinor, tametsi minime ambigen-
dum sit, alias quoque præterea Leges municipales, (sive illæ scriptæ, sive non scriptæ fuerint, sanctitas tamen fuisse certum est,) illis existuisse.

(x) Ita *Ludovicinus* hæc omnia annotavit d. Tr. Lib. 1. C. 2. pag. 212. & seqq. quem nos quo-
que

que, tanquam fidum & probum Doctorem, tu-
to secuti sumus, retentis partim propriis ejus
verbis, quod quidem ultiro bonaue fide indi-
camus, ne quo pacto plagii criminis rei argu-
amur.

(y) Scilicet apud *Ludevig.* ejusdem *Traſt.* L. 1.
C. 5. §. 10. notisque eo pertinentibus.

(z) A quo hæc Legatio *Lib. 2. Tr.* quem, *Memoriam
Regum Dalmatiæ* appellavit, taliter describitur.
Repetit quoque illam *Pancratius*, d. *Op. Sect.*
5. §. 25, & 26.

§. 30.

Zvonimiro, Dalmatiæ & Croatiæ
Rege, extinto, jam supra nominatus
LADISLAUS I. Religione & sanctitate
insignis, *sive a Sorore sua, Zvonimiri
conjuge, Jure hæreditario accepit, sive
per defectum omnis Stirpis Regiæ viri-
lis, Armis occupavit, sive vero ex spon-
tanea Dalmatarum, Successore Regis de-
stitutorum; oblatione, obtinuit (a) Dal-
matiam & Croatiam, (b) circa An. 1091,
Sclavoniam quoque, a Ladislao præter-
missam, in suam potestatem redigit Co-
lomannus; ex quo tempore hæc Regna
ab Imperio Orientali avulsa sunt, Hun-*

ga-

gariæque adnexa, ut eundem cum hac Principem agnoscerent. Jam quæritur, quoniam Jure illa fuerint gavisa ab hac Imperii mutatione? suone, an Hungarico, vel utroque simul? Plane igitur sic sentio: Ex illis, quæ primaria Sectione disputavimus, liquido apparet, Hungariam usque ad tempora Compilationis Tripartiti paucissimas habuisse scriptas Leges, Remque adeo Judiciariam e meris pene Consuetudinibus constituisse; inde vero haud dubie consequitur, illarum observantiam in dicta Regna vix commigravisse, multoque minus Consuetudines hasce eo fuisse traductas, quod necdum scriptis fuerint complexæ, ac sic propriarum Legum & Consuetudinum approbatarum usum tantisper integrum illis permansisse.

(a) Priorem Sententiam omnes fere Patriæ nostræ Scriptores uno animo confitentur; posteriorem e Thoma Archidiacono, qui Historiam Pontificum Salonitanorum scripsit, evincere nititur Reveren. Sam. Timor, d. Synop. Chronol. p. 23. Hanc denique ad mentem ejusdem Archidiaconi inducit amplectiturque Ludevig. L. 2. C. 2. p. 217. in notis. Ego nihil definitivum, cum alioquin etiam parum intersit Hungariæ,

gariae, superstitionis ista indagavisse, quippe cui satis est, ejus quieta ac indubitata possessione a tot seculis optimo Jure gavisam fuisse.

(b) Quin *Ladislaus* Croatiam adjecerit Hungariae, ne extranei quidem Scriptores inficiantur, qui tamen Dalmatiae acquisitionem Colomanno demum Regi attribuere videntur, ut legere est apud *Ludevig. locis citt.* Ad quorum proinde fidem etiam *Rn. Timon d. pag. 23.* grande ea de re dubium suboriri fatetur. Verum populus forte Dalmata defecit ab Hungaris, quem cum Colomannus ad imperium reduxisset, jam quasi nunc primum ab Hungaris devictus esse videbatur, quo quidem sensu accipiendos esse putaverim citatos Scriptores, praeципue, quod quævis Historiæ hujus domestica Monumenta, utriusque Regni expugnationem *Ladislae* acceptam referant, quamquam & *Schurczfleischius*, omnium suæ ætatis Historicorum Germaniae fere primus, disertis Verbis pronunciare non dubitaverit, *Dalmatiae & Croatiæ Regna Hungariae junxisse Ladislaum*, in *Proposit. Hist. Geogr. §. 14.* Plura suggerunt, *Ludevig. & Timon ll. citt.*

§. 31.

Posteaquam vero *Werböczianum* Opus ab *Vladislae* confirmatum fuisset, tunc non solum Hungariae, sed Regnis quoque eidem subnexis, quæ nostri *Partes* vocant,

cant, puta: *Dalmatiæ, Croatiae, Sclavoniæ &c.* pro Lege perpetua & authentica publicatum erat, quemadmodum *Conclusio Confirmationis Regiæ*, in fine Tripartiti exstantis, disertis verbis id testatur. Exinde igitur una eademque Lege illa cum suo Capite obstricta fuisse, (*c*) manifestum est, quod etiam de Constitutionibus Operi *Werböcziano* superadditis intelligi debet, maxime quod illæ præsentibus etiam in Diætis Regni & consentientibus illis conclusæ sint, qua de causa inscriptiones quoque Articulorum Diætaliūm hac formula apponi solent: *Articuli Dom. Prælat. Baron. Magnat. & Nob. ceterorumque Statuum & Ord. Regni Hung. Partiumque eidem annexarum.* Illud tamen præterea negari nequit, illa in quibusdam non fundamentalibus, præfertimque *Homagiorum & Birsgiorum solutionibus* ac certis Causarum Procesibus, (*d*) municipali Jure suo & Consuetudinibus, ab Hungaricis longe discrepantibus, frui, habereque Statuta condendi authoritatem, quæ tamen Regio consensu muniri debent, hoc enim desti-

tuta, obligatoria non sunt, uti appareat ex Art. 120. An. 1715. Quæ quidem Consuetudines & Jura ipsorum Municipalia, utrum & qua ratione Typis sint exscripta, publica nimis, an privata authoritate, quibusve constent voluminibus? id vero est, quod certo adfirmare nequeo, multis licet propterea habitis disquisitionibus.

(c) Illustriss. Comite Sam. Kálnokio quoque teste, qui in Nucleo Chron. Hung. apertis verbis scribit: Azért ez ultátul fogván Dalmatia, Horváth és Tót-Országok mind egyet tartottak Magyar-Országgal, és egy Fejedelmek volt, egy Törvénnyel-is éltek.

(d) In quibus pariter, ut in Hungaria, pro ratione Causarum Judices sunt: Prothonotarii, Vice-Comites, Judices Nobilium, Magistratus Civitatum &c. a quibus deinde, servatis Judiciorum gradibus, devenitur ad Banum, ac ab eo deinde Causæ ad Tabulam Hung. Regiam, indeque in continenti ad Tabulam Septemviralem appellantur, uti in novissimæ quoque Diætæ An. 1723. Art. 27. clarius definitum habetur. Add. Werboczius, P. 3. Op. Trip. Tit. 2.

§. 32.

Restant Jura *Transylvaniæ*, quorum quadruplicia notamus Intervalla, nimirum, ante-Hungaricum, Hungaricum, Regiminis ab Hungaria separati, & modernum. Fuisse itaque & olim Leges suæ *Transylvaniæ*, antequam Hungariæ adnecteretur, tanto minus dubitari potest, quanto certius est, nullam Rempublicam sine certis Legibus aut Consuetudinibus commode consistere posse. Quem autem illæ habuerint authorem, quibus cum Juribus convenerint, denique etiam scriptæne, aut duntaxat sancitæ illæ fuerint? id quidem perobscurum est. (e) Ex eo autem tempore, quo Hungaris obvenit *Transylvania*, communibus quoque eam vixisse Hungariæ Juribus, ex illis, quæ circa Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ Jura observata sunt, abunde constare potest. Ita tamen hac observantia ducebantur *Transylvani*, ut simul peculiares quasdam ab antiquo observatas, partimque Saxonicas Leges & Consuetudines, atque & has quidem pro ratione populorum varias

(f) ad-

(f) adhibuerint, ut vel ipse *Werböczius* id manifeste declaratum reliquit. (g)

(e) *Schurczfleischius*, in *Dacia Consulari* §. 2. ejus est opinionis, ex Thracia Literas Legesque Græcorum in Daciam traductas fuisse, iisdemque usam videri usque ad Trajani adventum, qui cum Lingua Latina Colonias Italicas illuc deduxerit. Non ponit aperte Author, quibus Legibus Dacia uia fuerit post Trajani adventum, sed tacite tamen innuit, cum Lingua & Coloniis Italicis Romanas quoque Leges illuc traductas fuisse. Neque ego ea de re ambigendum censuerim, magis enim probabile est, Colonias hasce patrias Leges secum tulisse, quam peregrinis, & quidem populi devicti, multoque minus nullis Legibus semet submisisse. Interim cum postea Aurelianus Imp. docente Eutropio, in *Breviario Hist. Rom.* C. 9. p. 241. viribus suis dissidens, Daciamque retineri posse desperans, ex Urbibus & agris illius easdem Colonias abduxisset, ac in media collocasset Mœsia, dubitari non potest, Legum quoque allatarum autoritatem cum ipsis emigravisse, quamquam taliter notitia illarum, Daciæ jam jam perspecta, penitus auferri nequiverit, maxime, quod nec reliqua omnia Latini cultus vestigia, ibi sic deperdita fuerint, lapidibus, viis publicis ruderibus pon-

tis Trajani, aliisque monumentis haud obscurro existentibus documento.

(f) Ita Civitates Transylvaniæ Saxonice Natio-
nis, quales sunt: *Cibinium, Corona, Claudiopolis,*
Megyesinum, Bistricium, Scbeszburgum, Sabesus,
Alba-Julia, &c. peculiari, partimque e Legi-
bus Saxoniciis mutuato Jure vivunt, ut Deci-
us, *in jam cit. Syntagm. L. I. Tit. 45.* osten-
dit, qui eodem loco etiam mentionem facit,
Libri, de peculiaribus harum Civitatum Juribus,
non imprudenter, ut ipse dicit, publicati, mihi
tamen, quod non immerito inter insignia Rei
Literariae meæ damna retulerim, haec tenus igno-
ti. Ita & Siculi. sive Scithuli, plebejæque
conditionis homines alias atque alias obser-
vant Consuetudines, quas pariter idem Deci-
us, *Tit. 43, & 44. d. Lib.* annotavit.

(g) In *Op. Trip. P. 3. Tit. 3, & 4.*

§. 33.

Post infelicem flebilemque LVDO-
VICI II. interitum, quem e cruenta illa
Mohacsensi clade victoriæ loco retulit,
Joannes de Zapolya, eotum Vajvoda
Transylvaniæ, occasione Conventus Pe-
stiensis in Regem Hungariæ electus co-
ronatusque fuit, cuius gubernacula, tam-
etsi postea legitimo Regi & Domino,

FER-

FERDINANDO I. relinquere debuerit,
(*h*) tantum tamen moliminibus hisce su-
is effecit, ut Transsylvania, cum certis
Hungariæ Partibus, quæ haçtenus insepa-
rabilis vinculo capiti suo innexæ fuerant,
sibi a FERDINANDO separatim possiden-
da permitteretur; unde primum distincta
cœpit esse ejus possessio ab Hungaria,
quæ etiam sub Principibus, quos illa de-
inde usque ad *Annum 1690.* accepit, ta-
liter continuata legitur. (*i*) Hac igitur
regiminis forma durante, non solummo-
do dictæ Leges suo loco vigoreque reli-
ctæ sunt Transylvaniæ, verum iidem Prin-
cipes in Conventibus, ad modum Re-
gum Hung. institutis, certas præterea
cum consensu Statuum & Ordinum Re-
gni sanxerunt Constitutiones, Hungarico
idiomate scriptas, quas deinde *An. 1653.*
dieque quinta Martii, Georgius Rakoczius, ab *An. 1540.* inchoando, per vi-
ros idoneos Juriumque & Consuetudinum
patriarum peritos in formam libelli, in
quinque Partes certosque Titulos, usuali
tamen magis, quam logico ordine, ut
ipse fatetur, dispositi, redigi, ac ita in

Senatu prius privatim examinatum, promulgari curavit, dato operi, eodem anno Varadini elegantissimis Typis in fol. exscripto, titulo sequenti : *Approbatæ Constitutiones Regni Transylv. & Part. Hung. eidem annexarum.* Cumque Rakoczio secutis temporibus in Principatu succedens Illr. Pr. Mich. Apafi, animadvertisset, articulos plerosque, ab A. 1654. editos, fundamentalibus Patriæ LL. noxiuos & contrarios esse, hinc A. 1668. curam suam eo extendit, ut iidem in lusculentam erigantur consonantiam, adeoque articuli a dicto 1654. ad annum usque; 1668. compilentur, quod opus etiam eodem anno feliciter adimplevit. Unde postea confectum ac in Diæta sequentis demum anni approbatum publicatumque fuit Juris hujus Compendium, sub inscriptione : *Compilatæ Constitutiones Reg. Transylv. & Part. Hung. eidem annex. A. 1695. Claudiopoli editum in 4. quod pariter secundum approbatarum Constitutionum Methodum in quinq[ue] Partes nonnullosque Titulos redactum est,*

est, simulque articulos, eadem Diæta conditos, exhibet.

(b) Videatur *Casp. Ens, Rev. Hung. Lib. 5. pag. 203.*

(i) Confer, quæso, cum admiratione ista recentissimam *Petr. de Reva, R. H. Cent. 6. p. 75, & 77.* addeque illi Authorem Anonymum Libri: *Brevissimum Compendium Principat. Transylvaniae Historiae, in principio.*

§. 34.

Anno 1687. Augustissimus Imperator, LEOPOLDUS M. Jure quasi quodam postliminii faustissimis plane successibus Transylvaniam recuperavit, (k) qui licet strictiore Juris summi consideratione, rigorosius quoque in illam Juraque declarata animadvertere potuisset, (l) reliquit tamen eidem farta atque teftas, imo confirmavit cunctas hasce pristinas Leges, sicuti ex Art. 3. Diplomatis, (m) An. 1691. die 4. Decemb. eatenus imperiti, edocemur. Quam gloriosissimi Regis paternam indulgentiam, sub umbra alarum moderni quoque indulgentissimi Principis & Domini sui longe clementissi-

mi, CAROLI VI. eam sanctissime sovere, bene novimus; ut proinde causas habeant gravissimas omnes veri, genuini, cordatique Cives, Transylvaniæ, qui eidem optimo Principi totique AUGUSTISIMÆ DOMUI SUÆ perpetuam, maximeque eam felicitatem ardentissimis precibus ab omnipotenti DEO exorent, quam solatia successionis masculinæ tantæ Majestatis, tantique Imperii & Gloriæ Parentibus progenerare consueverunt. Sed de his quoque Juribus satis dictum est.

(k) Idem Anonymus hic Legendus d. L. pag. 7. & Staat von Siebenbürgen, pariter Anonymi Scriptum, Cap. 2. pag. 57. & seqq.

(l) Pluribus, nec sane incongrue eam in partem disputat I. N. Flamiczer, in den Friedbestrahlten Hungarn, und Freydenauchzenden Siebenbürgen, sive Hungaria exoptatae Pacis radiis illustrata, & Transylvania ovante, Cap. 7. pag. 105.

(m) Exhibitetur illud in dicto Compendio pag. 24. Articulus vero ipse sequentis est tenoris: *Approbatas & Compilatas Patriæ Leges, Decreta, Tripartitum Werbuczii, (ecce manifestissimum argumentum communibus Hungariæ Juribus vixisse Transylvaniam) expuncto tamen ibidem*

Art.

Art. 9. Decreti Andreæ Regis, qui in ultima Pononiensis Diæta abolitus fuit, Constitutiones, Jus municipale Nationis Saxonice, in vigore inviolabili permansura declaramus. Cæterum ex Præfatione Rakocziana ad approb. hasce Constitutiones notandum: Gabrielem Bethlen A. 1619. non contemnendum Juridici Processus specimen edidisse, adeo, ut ejus Ductus in dicendis Juribus eotum plerumque observatus fuerit, quod tamen eodem loco fatali necessitate interruptum, pro statu rerum temporis illius justo compendiosius, priscorum statutorum succum haud plene exhauriens, neque etiam satis distincta methodo rerum momenta discriminans esse dicitur.

§. 35.

Atque ita Coronidem addimus Operi, quod in hac Commentatione perficiendum constituimus. Leve quidem nec satis dignum clarorum Virorum Ingeniis illud primo forte intuitu existimaverint, delicatioris stomachi Lectores: verum non levem plane atque exiguum in illo collocari debuisse industriam, liberali manu largietur, qui non ignoraverit, neminem nostratum in adornanda hacce Provincia, hactenus ex Instituto fu-

fuisse versatum , saltem publicis typis
quidquam divulgavisse , ac adeo vel ex
eo non penitus contemnendam venire ,
in usum maxime cupidæ Legum Juven-
tutis suscep tam hancce lucubratiunculam.
Quam Legentium sanioris Judicii Bene-
volentiam , si musæ meæ impetrare po-
tuerint , recentiora certe mihi addentur
calcaria , ad cætera quoque hujusmodi
Opuscula , jam cœpta , plenius elaboran-
da orbique erudito communicanda , sicut
ti e converso vix persuadere possem de-
inceps animo meo , ut proprium in con-
temptum , ulterius occupetur. Jam vale
Lector benevole , meque tibi commen-
datum habeto !



JOANNIS JONY
IGLOV. HUNG.
DE
AUSPICIO REGIO
STEPHANI PRIMI
HUNGARORUM APOSTOLI
SCHEDIASMA
HISTORICO JURIDICUM.



§. I.

Quemadmodum Germani in illu-
strandis, & strenue investigan-
dis patriæ suæ rebus, omni-
bus Hungariæ Civibus dubiam faciunt
palmam: ita summum profecto iisdem in-
cutiunt pudorem, quod de studiose inda-
gando Regni Hungarici Statu magis sæpe
reperiantur esse solliciti, quam quidem
ipsi Hungari. Et quanquam exiguis
sit eorum numerus, qui professa
opera hoc sibi datum existiment, dum
vel iis potissimum locis hoc faciant, ubi de
Juribus imperii vindicandis træcipiunt,
vel vero, ut instituti sibimet ipsis propo-
fici series rite constet, res quoque no-
stras attingant: in hoc tamen singulari,
ac præcipua quadam laude digni mihi vi-
dentur, quod hanc spartam ut alia mul-
ta,

ta, quam diligentissime prosequantur. Atque hæc cum ita se habeant, vitio sane ipsis verti non poterit, quod de industria nostratium nihil sibi metuentes, de rebus Hungaricis nonnunquam, vel minus accurate (*a*) disputent, vel propensionem cuiilibet erga patriam suam a natura ingenitam, sequentes, Teutonicæ omnia adscribant auctoritati, eoque ipso de rebus Pannoniæ quibusvis sinistrum sæpe ferant judicium.

(*a*) Exempli loco nobis sit omnium ore laudissimus *Schurczfleischius*. Studiosum hunc rerum nostrarum fuisse, & ita quidem Studiosum, ut in eas operose inquisiverit, sæpe etiam literis eas illustraverit, nemo, nisi industriæ, & scriptorum ejus ignarus, abnuerit. Nec tamen negari ex adverso poterit, eundem de rebus nostris tam præpostere interdum censuisse, ut limam potius, quam laudem mereri videatur. Quis unquam in publici Jurisprudentia vel mediocriter versatus, Suecorum, aliorumve populorum instituta improbavit, aut contemnere sustinuit, Regibus suis ejusmodi jurispirandi formulas præscribentium, ut, si Reges pactorum limites migrarent, iisdem citra crimen læse Majestatis resistere possint? Confer Carpaczovius de *Lege Reg. Germ. Cap. 14. Seci. 5.*

nunt. 20. & seqq. Et vero Schurczfleischius clausulam illam Legi Hungarorum fundamentali de resistendo adjectam, imo totum Andreæ II. Decretum, * absurdum, rationi contrarium moribus cultarum, & imprimis Christianarum Gentium institutis repugnans, & nescio quam Cyclopicam licentiam continens, licenter existimavit. Videatur ejus erudita, sed non sine partium studio conscripta *Dissertatio, de superioribus Hungariae Conversionibus, in additament.* §. 2. An autem adcurati Judicis munere hac in parte defunctus est? ut de sinceritate ejus nihil nunc memorem. Mihi quidem minime videtur! Quantumvis enim facile concedam ejusmodi libertates variis tumultibus ausam dari posse: negare tamen ausim, filum consecutionis ita esse trahendum, quod ea, quæ malis per accidens occasionem præbent, *absurda*, & *rationi contraria existant.* Sed forsitan absurditas hujus clausulæ ex eo elucet, quod in Comitiis Posoniensibus Anni 1687. cum consensu Procerum Regni abolita fuerit? Ne sic quidem tuto hoc concludere licebit, si, quas status, & ordines Hungariae in articulo 4. prædicti anni hujus abolitionis causas adposuerint, æqua, & adcurrata mentis lance ponderaveris. Possem hoc cum in aliis hujus viris scriptis evincere, tum vel maxime de tractatu quodam, quem ab homine Germano germanico Idiomate conscriptum, possideo ad oculum demonstrare.

Sed

Sed parcendum aliquid hominibus; ibi imprimis, ubi privatim sentiendi rationes habemus.

§: 2.

Causa non subest, quare nunc per omnes illas ire debeam doctrinas, quibus Scriptores Germanici Hungariæ quoque nostræ prolixam fecerunt mentionem, in iisdemque hujus adserti veritatem ostendere. Neque etiam ad præsentem tractationem referre arbitror, ut unum vel alterum locum ex historicis ipsorum monumentis hoc fine deponendum in medium proferam; cum ab hoc labore præsentis me prohibeat instituti ratio, prætereaque hæc ita comparata sit sententia, ut cordatus quisque utriusque Regni scriptores sincere conferens, eandem facili deprehendere possit negotio, & vel ipsis Germanorum testimoniis manifeste confirmetur. Ne tamen quisquam vanis me ludere sermonibus, aut inania cordis humani figmenta portendere arbitretur: sollicitam navabo operam, ut, quoniam *de genuina dignitate Regiae in Hungaria, Christi sacris ini-*

initiata, (b) origine, penitus paulo differendum mihi sit, luculenter simul intelligatur, Germanos in ea deducenda sua non parum favisse Patriæ.

(b) Consulto ita loquor. Nemo enim quantum ego quidem sciam, magno Humanorum Attilæ hanc movit controversiam, quod ille non sua auctoritate, sed alterius benevolentia regiam consecutus fuerit dignitatem. Ut proinde causas habuerit gravissimas celebrimus Ludevigi, qui Ottrokocsium, ad fidem Prisci Rhetoris, hoc indicantem sequeretur. Videri poterunt, quæ Cap. 2. §. 5. p. 71. plenissimi Tractatus de auspicio Regum adnotavit: notatuque imprimis digna sunt, quæ Cap. 3. §. 2. p. 95. habentur verba: *Attila Rege, quis in Historia Romana celebrior?* Hunc sane nullus Scriptor Romanus alio unquam ac, * Regis titulo salutavit. Sed hunc quoque cum summa in humanos, qui ante Duces habuerant potestate, propria Diadema sibi auctoritate imposuisse, ad fidem Prisci Rhetoris. probat Ottrokocsi, supra nobis laudatus. Mallen tamen, ut vir doctissimus, ex aliis potius Scriptoribus dictis suis fidem fecisset. Vix enim commode dici potest Ottrokocsium hoc comprobasse, qui illud saltem commemoravit, quod *Attila, non prius Regiam & supremam inter Hunnos consecutus fit dignitatem, quam temporibus Theodosii junioris;* & quidem circa annum

num D. 423. aut non longo ante hoc tempus intervallo. Videantur ejus Origgi. Hung. Part. I.
c. 4. §. 2. p. 103.

§. 3:

Ut autem in hoc stadio tanto comodius decurrere mihi liceat, opere petitum futurum censeo, ipsorum prius Hungarorum exposuisse, & plenius intellexisse hac de re sententiam. Neque hoc in malam partem ii nobis interpretari poterunt, quibus forte compertum est, alios jam & sublimis ingenii viros in hac describenda laudandam, egregiamve collocasset industriam; hoc unicum expendentes, quod tractationis hujus ordo aliam vix admittat methodum, quam nec ab illorum instituto remotum fuisse, patet. Cumque propria cuiusque Scriptoris verba, quibus in delineandis rerum argumentis usus est, mentem ejus, quam bellissime declarent. Non incongrue me facturum judicabam, si ipsissimas laudandorum auctorum voces fideliter, & penite adlegavero. Hos inter itaque principem facile præciumve locum sibi vin-

dicaverit, Petrus Rauzanus, Regis olim
 Neapolitani apud Matthiam Corvinum
 Legatus famigeratissimus; quippe, qui,
 & signa cæteris duxisse mihi videtur, &
 de authentico magis primi Hungariæ Re-
 gis Christiani auspicio, eleganter hunc in-
 modum est commentatus: *Haud multo*
interjecto dein tempore cum Hungariæ
Optimatibus placuisse, ut * qui titulo
Ducis tot præcesset Populis, totque viris
generis claritudine, auctoritateque in-
signibus, * uteretur magis honorata ad-
pellatione, REGIAM ELEGERUNT DIGNI-
 TATEM. Et quibusdam interjectis: omni-
 um ictiur miro consensu, & adplausu
 appellatur ipse * Rex, ac Regia corona
 Regum more donatur. (c) Neque mino-
 rem hujus rei notitiam ex Bonfinio per-
 elegantissimo rerum nostrarum Scriptore,
 haurire possumus: tametsi alii hac eum
 in parte penitus videantur neglexisse.
 (d) Cum enim Orationem Geyzæ Com-
 mendatitiam longa verborum ambage
 exposuisset, de hujus virtute, & miro
 apud omnem populum effectu, ita porro
 subjicit: *Quicunque aderant pari pietate*
 com-

*commoti, in ejus sententiam ultro contendunt, quando nihil Reipublicæ salutarius decernere, neque cumulatores Ducis de cunctis optime merito, gratias referre poterant: præsente patre * omnium consensu Stephanus non tam humano, quam Divino judicio * NON DUX, UT PATER, (e) sed HUNGARORUM REX CREATUR, universæ Reipublicæ summa traditur, cunctique Nobiles, & plebei in manus ejus conjurant, se nunquam Imperia detrectaturos, gratissima, ac fida præstituros obsequia, & cœlestis internuncii loco eum habituros: mox * Procerum inanibus elatus in solium Rex salutatur, delatus in castra (pergit laudatus Author,) a Prætorianis eadem consalutatione comprobatur. Quæ illustrissimus Comes a Rewa (f) hanc in causam consignauit, cum his fere coincidunt, & si, quod res est, dicendum sit suum ille locum Ranzano debere mihi videtur. Nihilo tamen secius, ne de hujus quoque, ut natione Hungari consensu dubitari queat, verba ejus exscribam, quæ hæc sunt: tandem cum Hungarorum optimati-*

tibus placuisset, ut, qui titulo *Ducis tot præcesset populis*, uteretur magis honorata adpellatione, quarto demum anno post mortem Patris sui Geyzæ, legatione pro corona instituta, Regia auctoritas est dignitate. Plures adhuc laudare possem, qui eandem veritatem luculentis confirmarunt testimoniiis. Ita enim *Ritius* (g) loquitur: itaque Stephanus omnem, quæ sub imperio erat cupam, regionem redegit in potestatem, REGIUMque NOMEN ULTRO DEFERENTIBUS * suis ACCEPIT, sed horum ego commentationes lubens prætermitto, plenissime persuasus, tam hæc esse manifesta, ut quem nostrates dignitati huic regali adscripserint fontem, haud difficulter animadvertere liceat. Legenda tamen etiam, quæ dilucide exponit *BERNEGGERUS*, in *Notitia Hungariæ*, Part I. §. 293. & seqq.

(c) Habentur ista in ejus *Epitome Rerum Hung.* Indice VIII. p. 624. in f. & seqq. in princip.

(d) Mirari hinc non destino, qui factum fuerit, quod celeberrimus Ludevigi cum aliis nulla plane hujus fecerit mentionem, ex instituto licet

licet in hocce articulo versatus ignota hæc eidem fuisse non crediderim: sed alia forte aderant rationes, quare prætereunda potius voluerit, quam oculis legentium subjicienda.

(e) Non ergo nos morabitur Casparus Ens, qui rerum Hungaric. I. 2. p. 38. fere in fine contrarium sentire videtur, quando de hoc Duce ita loquitur: *Etsi vero nullis posterorum Regum virtute, & rerum gestarum magnitudine, fuit inferior: vulgo tamen Regibus non adnumeratur, quem tamen optimo Jure Hungarici Regni conditorem appellare licet*, distinguendum namque inter potestatem, aut capacitatem Regis, atque ipsam dignitatem regalem: illam quin habuerit Geyza, nemo dubitat uti hanc ejus demum filius Stephanus Electionis jure est consecutus. Conferri post alios meretur Abraham Bakschay in Chronolog. de Regib. Hung. p. m. 681. in fin. & p 682. in principio editionis Bonfinianæ, quæ Anno 1690. Coloniæ Agrippinæ prodiit. Add. Czvittinger. in specimine Hung. literatæ p. 2.

(f) *De Monarchia, & Sacra Coronæ Regn. Hung. Cent. I. p. 2. vers. et si autem intelligam. &c.*

(g) *De Regibus Hung. Lib. 2. p. 619. fere in fine dictæ editionis Bonfinianæ.*

§. 4.

Nunc posteaquam paucis comprobatum dedi, ad legatos Auctores in ea

versari sententia, quod Stephanus regale nomen soli Hungarorum Reipublicæ acceptum ferre debuerit: ut quæ hisce ab Imperii Romano Germanici Scriptoribus potissimum opponuntur argumenta, decenter enumerem, ratio instituti mei postulare videtur. Heic vero primo quasi intuitu statim se mihi obfert adcuratissimus cætera rerum Bojoaticarum Scriptor Aventinus, cuius locus oppido memorabilis omnibus iis ita sentiendi occasionem dedit, quia a præmissis Hungarorum monumentis divortium facere non dubitarunt. Legitur ille in Annalibus ejus Bojicis, Libro V. ita se habet: *Rectori eorum filio Geyzonis, qui obierat Anno Christi 996. Giselæ Soror Hainrici despondetur, hac lege, atque omine, (ordine legit Ludewigus,) ut ille explosa falsorum deorum superstitione, Christi unius, & veri & summi DEI Cultum, cum popularibus recipere. Accepit conditionem Princeps Ugrus: statimque aqua lustrica tingitur, Stephanus (addit Dn. Ludewig. id est coronatus) adpellatur, & a CÆSARE REX nuncupatur.* Qui hanc Aventini sen-

sententiam mutatis parumper vocibus, *de finibus Imperii Rom. Germ.* (h) * repetiit, *Conringius*, aperte quidem non disputant, quod Stephanus dignitatem Regalem ab Henrico Secundo acceperit: in ea tamen ipsum quoque fuisse opinione inter alia vel exinde etiam quodammodo colligo, quod illa ipsa verba, quibus *Aventinus* Stephanum ab Henrico Regem fuisse nuncupatum prodidit * *majusculis literis* exprimi curaverit.

(h) Lib. I. cap. XVII. pag. mihi 214. 8.

§. 5.

Perispicere ex modo dictis licet, quantis parafangis isti a prioribus discriminantur. Neque tamen, quod mei jam esset officii, allegatum locum, qui totam fere hanc controversiam absolvit, convellere adlaborabo, cum commodior inferius id incumbendi porrigatur occasio, hi etiam viri non ex professo hanc rem evolverit. Illud vero erit, in quo vel maxime omni animi contentione versabor, ut illorum ante omnia adducam argumenta, qui notabilem isthanc quæstionem

Q. 5

ex

ex instituto sibi pertractandam sumserunt; quantumque ea evincant modesto examen dispitiam.

§. 6.

Prodeat igitur omnibus hisce Jure quodam meritoque suo præferendus, paulo ante ex merito nobis laudatus Ludewigus, (*i*) sublimis, & vere pragmatici judicij Juris consultus, Historiarum præterea Professor in Alma Fridericana longe celebratissimus, cuius Tractatum *de Auspicio Regum* aliquot ab hinc annis in lucem publicam emissum, nemo non digno haec tenus celebravit encomio. Hic enim sicuti prolixum illorum Regnorum Catalogum edisseruerit, quorum Domini dignitatem suam Majestati Imperatoriæ debere intelligantur, ita, ut de sancto quoque Hungarorum Apostolo, & primo Rege Stephano evinceret, nec oleo nec ulli pepercit operæ. Præcipua fundamenta, quibus hoc incrustare annititur, in quantum ex isto libro mihi innotuerunt, huc fere collimant: 1. fatis certum & clarum esse Aventini testimonium, quo, ut ex superio-

rioribus constat, Stephanum ope Henrici sacris Christi adjunctum, tandemque ab eodem regem punctatum fuisse differtis verbis prohibet; 2. quoniam regalis significatio Poloniæ ab Ottone facta ingentium, ac Imperatoris memoria fuerit; prætereaque 3. maxima Stephano Regi cum Henrico Imperatore, amicitia, ac familiaris consuetudo, *Ottoni Frisingensi* aliisque celebrata, intercesserit, non absimile vero esse Stephanum Diploma regale ab Henrico accepisse, cumque facile moneri potuisset, quare nulla usquam hujus Diplomatici fiat mentio, ita statim se explicat, Stephanum Hungarum suis illud forte non ostendisse, ne scilicet libertati eorum quidquam putarent detraictum, ideoque mirum amplius non esse domesticos Regni scriptores illud non prodidisse, 4. etiam *Berneggerum in notitia Hungariæ* ita sentire, eamque in rem locum *Philippi* retulisse; accedere tandem, 5. Imperatores Germanicos regiæ significationis prærogativam pluribus exemplis in Hungaria deinceps demonstrasse, qualis modo de *Petro*, & *Salamone* Re-

gi-

gibus in ipsis Hungarorum libris legantur.
Ita quidem ille.

(i) Merebitur veniam audacia, quam in impugnando magni nominis viri (quem vel ignotum demissa mente veneror) nobilissimo scripto fidenter admissi. Hocque ego tanto facilius ab omnibus bonis me impetraturum confido, quanto sincerius adfirmare possum, non sugillandi animo, aut alterandi libidine inflato, hanc me adornasse lucubratiunculam; sed, ut rebus nostris quoque sua demum constaret veritas, a nemine alio, ut ab hac viro (quod pace ejus dictum velim,) tam constanter hinc inde debilitata.

S. 7.

Verum enim vero splendida licet, & speciosa cuilibet videantur hæc argumenta, rem tamen ipsam, uti quidem debebant, neutquam conficiunt. Quod namque ad primum attinet, mea ad illud responsio duabus absolvitur partibus. Principio enim tantum abesse dico, ut certum sit illius Scriptoris Bojici assertum, ut dubium potius summaque obscuritate illud obvolutum esse haud temere afferuerim. Quis enim vel ullo solido

lido fundamento refutare nostros, aut eludere sustinuit, conversionem Stephani, Legi ab Henrico præscriptæ, aut Giselæ ipsi nequaquam largientes? (k) qui non vel Patriæ suæ favore ita locutus suisse præsumeretur, aut operam, & oleum inaniter se consumfisse condoluerit. Cum ergo conversionem Stephani a Germanis prætensam, ut suspectam, & nullo idoneo talo nixam non admittamus, ecquis invitis nobis imponet, ut Stephanum ab Henrico dignitatem suam eo tempore accepisse credamus? Deinde, licet hoc tantisper ponerem, quod Stephanus veritatem Religionis Christianæ eo fere modo agnoverit, uti in Historicis Germanorum monumentis proditum est: nec sic tamen validum esset hujus consecutionis filium. Quid enim tandem exceperis, si tuam hoc pacto explofero argumentationem: Stephanum jam antea a populo Regia potestate & dignitate ornatum, (quod supra pluribus ostensum) accepta in uxorem Gysela ab Henrico pro tali duntaxat habitum, & publice declaratum suisse non autem noviter ad regale fastigium eve-
ctum;

etum; quorsum Aventinus respexerit. Neque vero est, quod heic a quopiam reponi velit, verbum *nuncupo* aliud plane designare, quam ego quidem illud interpreter, nunc enim certo mihi persuadere audes, quod Aventinus illud in specie ita acceperit, uti tu tibi imaginaris, & quod magis est utrum partibus Henrici favens, gestas antea ab Hungaris res adcurate contulerit? Neque unius Commentatoris Bojici dictum tantum nobis videri debet, ut tot probatæ indolis auctorum fidem præponderet. Ut cætera minoris momenti argumenta, nunc non attingam. Hoc proinde modo etiam *Aventino* & *Coringio* factum est satis.

(k) Legisse heic juvabit; quæ *Berneggerus* de vero conversionis actu, quem nostrates admittunt, per Epitomen exhibuit *Parte prima d. Tr. §. 279. & seqq.* Ipsum autem, quod attinet Berneggerum, de Germanicorum Scriptorum placitis ita pronunciat: *admirandum in Germanicis Scriptoribus quomodo in Conversione S. Stephani affectui largiter indulgeant, & scribant eum Gyselæ ope, & consilio suscepisse Christianam Religionem. Prater Aventinum & Philippum eodem*

dem tūdīcū correpti. sūnt Sigebertus Gemplacensis,
 & Laziū, reliqua Add. quā deinceps subjicit.
 Confer. etiam Schurczfleischium in notis ad XI.
 Dīssert. quam inscrīpsit Hungarica pag. 17. Hęc
 omnia probe sūnt observanda, quoniam in
 sequentibus ad ea provocabimus.

§. 8.

Quā prius excipiunt, secundum &
 tertium fundamenta, ita profectō mihi
 videntur esse comparata, ut hisce suppo-
 sitis tanquam conjecturāe vel me non mo-
 nente sua sponte concidant. Quomodo
 enim, quās, sequitur: régalis significa-
 tio Poloniæ ab Ottone facta, in Gentium,
 ac Imperatoris memoria retinetur, aut
 huic Imperatori cum illo Rege familiaris
 intercedit consuetudo, ergo simile vero
 est: alterum Regiam dignitatem ab Impe-
 ratore accepisse, ergo Regium Diploma
 in illum contulit; aut conferre statim vo-
 luit, supervacaneum præterea censeo,
 ut, ibi manifestissima alicujus Gentis te-
 stimonia, ipsi quodammodo rationi con-
 venientia, in promtu sūnt, ad inanēs
 conjecturas descendamus; quales ingeni-
 osus quisque suo sibi fingere posset arbit-
 rīo

trio. Sed est hoc quibusdam Scriptoribus Familiare, ut quæ monumentorum fide prodita non sunt, ea conjecturis saepe licenter divinent. Obtulerit vero Henricus Stephano Diploma, Regiæ Dignitatis collationem in se continens: quid obstitit, quo minus toti hoc populo ostenderet? Libertas certe Hungarorum non posuit obicem, utpote, quæ arctioribus tum circumscripta erat limitibus, (1) quam ut per honorem ab Imperiali splendore profectum, nulloque ut ipse scribit *Ludewigius*, cum onere coniunctum vetustæ illorum libertati aliquid putassent detractum, & quænam subfuit causa, quod *Aventinus* hoc Diploma non indicaverit, si domesticis Hungarorum Scriptoribus hoc fuerit ignotum? Dubio procul, quod & magis credibile est, nec in rebus Humanis unquam exsttit.

(1) Lucem roburque his dabunt, quæ ad §. 5. Cap. 2. Dissertationis Lochnerianæ, haud ita pridem opera mea recusæ, prolixius observavi p. 12. Lit. K.

§. 9.

Sed ad alia quoque partis adversæ momenta pergendum est. *Quintum* igitur argumentum sequentibus elidendum censeo. *Berneggero* ejusmodi adscribitur sententia, quæ ipsi forte nec in mentem venerat. In declarando enim supremæ in Hungaria dignitatis principio, multum eum ab *Aventino* dissentire, ex iis, quæ *partis primæ* §. 293. & * §. 294. & seqq. prolixè disputat, satis superque elucescit. Et qua ratione *Berneggerus* cum *Aventino* facere potuisset, cum Historiam conversionis Regiæ, prout a Germanis narratur, explodat, ipsumque Aventinum idcirco affectu correptum fuisse dicat? Tametsi autem, quod non inficior, loca *Philippi*, & *Aventini*, (m) adposuerit, hoc tamen ea solum intentione factum est, ut monstraret, rempublicam Hungariæ antea jam legitimum sibi præfecisse Regem, sed post ab Henrico confirmatum fuisse, id quod, & verba *Philippi*, *eodem tempore* *Hungaria Regni titulum usurpavit*, quem post *Ottонem*, Confirmavit *Henricus San-*

R

etius,

Etus; haud obscure ostendunt. Neque tamen subscripserim *Berneggero*, vel solam confirmationem Henrico largienti; * quasi vero in electione Stephani Regis quidquam desiderari potuerit; ab Imperatore supplendum, tum etiam expeditum non sit, Stephanum etiam non accepta Imperatoris Confirmatione verum Regem esse potuisse?

(m) Notandum hoc contra adcurratissimum alioquin Ludewigium, *Aventini locum Berneggero* non innotuisse, afferentem, pag. 73. d. Tr. in pr. Tametsi mirum videri possit, quo pacto hoc a viro tam præclaro dici potuerit, qui adnexam huic loco §. 369. pro Berneggero adlegavit.

§. 10.

Ad solam itaque * *agnitionem*, hoc est, quod *Henricus Stephanum pro Rege agnoverit*, juxta superius demonstrata res omnis erit attemperanda. Quando denique & hoc adjicere visum fuit, Imperatoriam Majestatem Regiæ significatiōnis prærogativam pluribus exemplis in Hungaria deinceps comprobasse, generaliter ita respondeo: nobis hoc loco sermone-

nem non esse de subsequentium Hungariæ Regum dignitate, sed de primo duntaxat Stephano, qui & Sanctus Hungaris audit. Cum igitur Hungaria ad Petri usque tempora, & huc sequentes Reges nullum cum Imperio habuerint nexum, quod non solum supra plene ut puto, evictum, sed ipse quoque ultro fatetur *Conringius*: (n) dici profecto non potest Regiæ significationis prærogativam, quæ arctiorē quamdam connexionem cum Imperio sub inferre mihi videtur, nec tamen aderat, posteriorum temporum lapsu exemplis fuisse comprobatum. Nec juvabit te objecisse, quod cum *Conringius* adductum *Aventini* locum operi suo inferuerit, eundem hoc ipso etiam adserere voluisse, Stephanum jam tum Henrici *Vassallum* fuisse; quemadmodum de aliis Regnis hoc eum pronunciare more suo bene obseruavit *Ludewigius*. (o) Quo enim animo ita scribere potuisset: * *haec tenus igitur*, (scilicet usque ad Henricum III.) *Salva Hungariæ libertas*, si Stephanus jam olim Imperio fuisse Clientelaris? Negato nimirum antecedente, negabitur &

consequens. * Henricus II. Regiam dignitatem Stephano non dedit: ergo nec eandem exemplis confirmare potuere ipsius successores. Et quid si Henricum tertium nullam significationis Regiae prærogativam ostendisse dixerim, sed * *solius arbitri* (p) gloriam retulisse objecerim? Hæc proinde exempla illi potius titulo fuissent reservanda, ubi Germani de Hungaria in Provinciam Imperii, qua antiquas prætensiones adserenda graviter laborare solent: quamquam quæ mea sit circa hanc rem sententia, ex iis, quæ ad §. 1. Capitis 2. *Faciei Juris publici Hungariæ*, observavi, haud dubie constet. Dijudicare hinc pronum est, quo Jure Teutones, de collata Stephano nostro dignitate sibi gratulari potuerint. Plura fane, eaque luculentiora adducantur oportet argumenta, quibus hoc comprobent, utque ego persuaderi mihi patiar; Scriptores suos ab omni partium studio fuisse alienos.

(n) *De finibus Imp. Germ. Cap. XVII.* p. m. 217.

(o) *De Auspicio Regum Cap. 2. §. 6.* verbis notatu dignissimis: *Sane summus Vir Hermannus*

*Conringius in auero ceteroquin opere, ad fines Imperii Romani prouerendos hujus argumenti consecutio-
ne perpetue utitur: omnes Imperii uictoriosos haben-
dos, qui Regale Diadema (sive Regiam digni-
tatem) ab Imperatoribus acceperint.*

(p) *Non Judicis, uti quidem existimat Dn. Ludewig. in German. Principe Lib. I. Cap. 2. p.
203. ibi: Petrus Hungariæ Rex, ab æmulo Ottone
Regno expulsus ad Henricum III. se contulit litigi-
osæ successionis * judicem: Et paulo post: qui hunc
secutus est in Hungaria Regno Salomon in turbis
intestinvis Cæsarem Henricum IV. * Judicem pari-
ter imploravit; tulit pro eodem sententiam Cæsar,
Morem * judici gesserunt Ordines Hungariae.*

§. II.

Quamquam igitur certa, & planissima sint Hungarorum fundamenta, quibus originem dignitatis Regiæ sibi met ipsi attribuunt, a me nunc proposita & pro ingenii modulo defensa: de illorum tam en robore tanto minus fuerit dubitandum, si adductis ipsorum pariter Germanorum testimoniis corroborentur. In horum proinde numero illustrem cumprimis *Struvi-um* Historiarum in hac Salana Professorem longe celeberrimum, Patronum, & Praeceptorem meum debito observantiæ

cultu prosequendum colloco, cuius eru-
dita verba, ex *Syntagmate Juris publi-
ci dissert. XI.* §. 3. desumta, qui a me
dicta mirifice confirmant, adjicere placet:
*de Hungariæ inquit, Regibus idem dici-
tur, scilicet * quod dignitatem Impera-
toriæ debeant Majestati, cum tamen pri-
ma ejusdem fundamenta * potius populi
consensu Stephanus primus Rex jecisse
videatur.* Lucem his quodammodo ad-
ferunt, quæ Vir illustris, in §. 1. dictæ
Dissertationis præmisit. Cum enim com-
memorasset, auctoritatis Pontificiæ defen-
sores, ut Jus Reges adpellandi Papæ ad-
struant: *Lusitanicæ, HUNGARIÆ, Arrago-
nicæ, Navarræ, Bohemiæ, Hyberniæque Re-
gna adducere, quæ hanc dignitatem a sede
Papali adepta fuerint, cunctas eorum nenii-
as sequentibus respondet verbis: exempla
adlata de adprobatione potius Papæ testan-
tur, quam declaratione, cum * singuli jam
antea populi consensu dignitatem Regiam
obtinuerint: Ad mentem quoque nostram
proxime accedit Auctor non ineruditus
Libelli, cui titulum fecit *Staat von Hun-
garn*, quando in universum hac ratione
di-*

sputat: (q) Folgen nun andere, die solche Elevation und Collation der Königlichen Würde (de Stephano loquitur) dem Römisch Teutschen Reich, als fonti omnium dignitatum, beymessen, auch verschiedne Könige anführen, die von denen Kaisern bestettiget, oder gar eingesehet worden. Doch wollen hiemit die Hungarn * und andere, jedoch mit Vorbehalt der aller unterthänigsten Veneration gegen die Höchste Würde der Christenheit nicht übereinstimmen, sondern glauben * daß die Hunnen als ein damahls freyes Volk * so keinen Ober-Herrn, als Gott, und den Degen, über sich erkannt, Macht gehabt, * ihrem erwählten Ober-Haupte den Höchsten Caracter nach belieben beyzulegen. Wie sie aber, (pergit laudatus Auctor) durch ihren Schluß auswärtige Puissancees nicht verhindern können, ihre Chefs davon zu agnosciren, so hätten sie * um regulierung des Ceremoniels ihre Ambassaden ausgesandt, und zwar zu erst nach den Höfen die der Christenheit höchste waren, und mit denen sie auch das meiste zu demelieren hatten, als mit Rom, wegen des neu angenommenen Christenthums, und mit dem Kaiser wegen der

Nachbarschaft. Non me penitet, singula
hæc adnotasse; ut adpareat, opinionem
nostratum, & quam nostram fecimus ali-
orum etiam luculento confirmari calculo.

(q) Part. 2. Cap. 5. §. pag. 178. prope ad finem.

§. 12.

Ex quibus vero omnibus conflatur,
& efficitur id; quod in hac tractatione
demonstrandum fuerat: nimirum firmam,
& stabilem esse illorum sententiam qui
originem dignitatis Regiæ, in Stephano
consideratam, * soli Hungarorum Repu-
blicæ adscribunt, illam e diverso lubrico
fundamento niti, quæ Majestati Imperiali
eandem vindicat. Plura in præsenti non
adjicio, neque mihi incumbere arbitror,
ut iis quoque satisfaciam, qui hanc præ-
rogativam * Romano Pontifici conceden-
dam contendunt. Tam enim adcurate,
tantoque ingenii acumine horum ab aliis
(r) jam profigata sunt commenta, ut
quod reponere quadam veritatis Specie
possint illis relictum non esse existimem.

(r) Eminet hos inter Excellent. Ludovigius:
quippe qui meo quidem judicio Omnium ple-
nissi-

uissime hac in re est versatus, neque solum *Capite quarto, diecli Translatus*, ac imprimis in doctissimo suo libello, qui hunc præfert titulum, *Neniae Pontificis, de Jure Reges appellandi generatim ostendit*, potestatem Reges adpellandi Pontifici perpetram vindicari, sed & quod ipsam in specie Hungariam attinet, gravibus evicit Argumentis, frustra sibi blandiri pontificios, quando * *Aurum Coronarium cum Rege confundentes, Regalem Stephani primi dignitatem Curiæ Romanæ acceptam referunt.* Legisse forte pœnitabit neminem, quæ *Capitis secundi §. 3. p. 70.* consignavit: non alii ergo i. quid, quam *Reipublicæ Hungarorum regalem dignitatem Stephanum debuisse, claram est.* Utinam & postea in hac persistisset Sententia, nec unico Aventino contra tantos Auctores nimiam dedisset auctoritatem! Quod enim postea eidem Regi Pontifex Diadema miserit id propterea factum constat: quoniam Poloniae Rex modo ab Ottone III. Imperatore coronatus, regium Insigne a Pontifice accipere recusaverat. Nam Papa, ne frustra fabricatus esse videretur eandem Stephano nostro legitur obtulisse. Atque adeo * intra Auri celati pretium substituit omne, quod a Papa dum donatum est: * quod cum regali honore, quem Stephanus, ut domestici Autores tradunt, ab Hungariæ ordinibus ante jam acceperat ratione admodum peruersa a Scriptoribus confunditur. Toti tandem huic Controversiæ ita inponit finem: atque adeo habuit Stephanus, quod tribus diversis acce-

ptum ferret. *Reipublicæ potestatem* (adde & dignitatem) regalem: *Romano Imperatori Regiam dignitatem*: (vide tamen ea, quæ supra fuisus deducta) summo autem Pontifici Romano * Aurei Diadematis pretium mibi videtur debuisse. Conferenda quoque sunt, quæ Neniarum Pontificalium Cap. 3. §. 8. p. 101. & seqq. disputavit, atque ita se habent: *de Ungris alias Verboviores sunt Pontificii Scriptores*, nec dubitant Seraphini Freitas, Bozius, Steuchus, Marcellus quin id Regnum Pontifici dignitatem suam debeat. Ut Petrus Ranzanus, & Joannes de Thurocz, accuratissimi Rerum Hungaricarum Scriptores obseruant, quod Ordines Hungarici Stephanum ante coronavevint, quam Astrarus cum Corona dedicata, atque a Pontifice Regi donata acceperit. Unde Pontifici * non aliud, preterquam Aurum Coronarium, ut vocant Romani acceptum, referendum est, cujumodi * ab aliis quoque doni loco exhiberi poterat. Loca allegati cujusque Auctoris in notis subinde adpositis indigitavit, ad quas Lectorem remitto. Neque contemnenda fuerit Doctissimi Gudii Industria, quam in recensendis, & discutiendis Papatus Romani Argumentis omni candore adhibuit. Non describemus sinceram licet nulloque partium studio irretitam ejus mentem: ne limites instituti in ipso migrare videamus limite. Ea tamen plenius cognoscere qui desiderat memorati *Libelli germanici Part. I. Cap. 5.* ejusque totam §. I. evolvat, ac desiderio suo omni ex parte satisfactum es-

se videbit. Reliquos ut minoris dignitatis,
& momenti facile nunc mittimus.

SUPERPONDİUM
DE
FEUDIS HUNGARIÆ.

Feuda Hungariæ vetusta ejusdem fuerant indolis, quæ ab optimis feudalis juris interpretibus requiritur. Sed ita tamen successu temporum ea degenerarunt, ut hoc quidem tempore feudum in feudo vix liceat agnoscesre. Interim, & hoc apud omnes Jurium nostrorum apprime peritos expeditum est Hungariam in præsenti etiam maximam suam partem feudalem esse, quod omnes propemodum hujus Regni Tractus a Ministris publicis, aliisque Magnatibus, & Nobilibus possideantur ea quidem lege, ut si quis eorum hærede legitimo destituatur, ille super bonis suis possessionariis sine consensu Regio nec quidquam disponere possit, aut si quemquam eorum sine hæredibus

ma-

mascalis decidere contigerit, Rex ipse sacratissimus eorum omnium successor existat, & quæ sunt reliqua. Conferatur *Verböczius* in *Opere Tripartito Juris Hungariæ Par. I. Tit. X& seqq.* & imprimis *toto Tit. XIII. & seqq.* Quod si vero pleniorum uberioremque feudorum Hungariæ notitiam habere satagas, consule, quæso, modo laudatum *Werböczium*, consummatis simum Juris nostri consultum, cuius operis priores duæ partes, quantæ quantæ sunt, feudalis Juris placidis fere repletæ sunt. Nec tamen *feudi* vocem, ad feuda Hungariæ adplicatam, in toto ejus volumine quæsiveris. Hujus enim loco, si de re in feudum data sermo sit, *bonorum possessionariorum*, si vero ipse contractus feudalis indigitetur *Donationis Regiae* vocabula usurpare confuevit. Stylo Curiæ Hungaricæ ita hoc ferente. Observavit hoc jam olim suoque calculo comprobavit, *Daniel Klechius*, *Hungarus*, Juris quondam in hac salana cultor diligentissimus, quippe qui in *superpondio*, *Dissertationi* suæ de *Jure peregrinantium* sub *Præsidio Petri MULLERI* habitæ,

ad-

adnexo fere in fine hanc in rem ita scriptum reliquit: *Donationes quoque Regales extraneis Conferri prohibitæ, sunt autem Donationes Regiæ Juris nostri vocabulo, * quæ LATIO FEUDA adpellantur.* Atque hinc tandem ratio patet, quare Germanis aliisque populis feuda Hungariæ hactenus penitus fuerint ignota: tametsi vix videatur opinabile, ex tot schedulis *Werböczii* Lectoribus hoc animadvertisse neminem. Sed de his alibi, ubi bono cum DEO *Institutiones Feudales, ex Jure Hungarico depromptas*, conscribere visum fuerit, pluribus, & ex instituto disputabimus.



APPENDIX

A D
BIBLIOTHECAM
JURISCONSULTORUM HUNGARIÆ.

POSTHUMA MEMORIA DANIELIS LEHOCZKY JURISCONSULTI.

Ortus est Daniel Lehoczkius Bisztricskæ, in Provincia Thuroczenfi fertilissima Virorum illustrium Patria (a) III. Non. Jan. anno labentis

Sæ-

(a) Inter hos VComites Cottus Thurocziensis erant Valentinus An. 1560. & Georgius ab An. 1696. usque 1705. ita & Emericus Anno 1712. omnes Lehoczky de quibus plura Matthias Belius in *notitia Hungariae Tom. 2. p. 311.* sedet Andr. Smal in suo M. S. Syllabo litteratorum Thurocziensium, pag. 2. & seqq. qui ex insigni viri litteratissimi Mich, Institoris æque Thuroczensis nunc hic Posonii Augustanæ Confess. Ministri Bibliotheca in usus mihi contigit, Comitatum Viris claris abundasse testatur. *Ditio Thurocziensis* in uit, a *natura arctioribus Linnitibus conclusa* vix alendis populosis hominibus sufficit plebejis juxta, ac nobilibus, hi a *vulgo distingui cupiunt*, hinc

Sæculi tertio utrumque genus naclus est
clarissimum. Nam per Matrem Sophiam,
in-

hinc a Literis vita Praesidia conseflantur : & viri ma-
ximi evadunt. Ita ex Sago Togaque Illustri Revaio-
rum Gente celebres erant Franciscus, & Petrus de
Reva, ille post fata Nicolai Thuroczy supremus
comes 1532. mortuus. Iste vero æque supremus
comes & S. Coronæ Duum - Vir, 7. Centuri-
is Res Hungaricas per Acad. Claudiopolit.
An. 1745. occasione disputationis C. Francisci
Kálnóki continuatis illustravit; Insignem ejus
litteraturam & doctrinam binæ ejus orationes
quarum altera præsente Duce Brunsvicensi in
Academia Argentoratensi dicta, & per Mich.
Juny An. 1592. vulgata est, alia de Præceden-
tia Aucupii & Venationis contra Sigismund.
Balassa pro armis reque militari, & de muta-
tione Legum differentem, dictæ testantur. Pa-
rentarunt eidem Raphael & Daniel Hrabetzy,
qui posterior senioris Francisci Revay Secre-
tarious, eundem S. Coronam Ecsedini capti-
vam inita cum Bethlemio pace, Trenschin-
num deduxisse, ibique 1622. mortuum esse re-
fert. Petrus II. de Reva in partem felicitatis
suæ referebat, quod extra Regnum Reni Ca-
rolo militans, tumultuantes Hungaros non viderit.
Hæc fidelitas in Reges hoc meruit, ut Supre-
morum Comitum Dignitatem Reges Illustri hu-
ic genti propriam esse voluerint. De Hádikia-
na

inlytam Plathiorum Domum consanguinitate attingebat: Pater autem filio Cognominis ex ea Familia ortum traxit, quæ jam

na Familia Tot prona oriunda, loquitur nobis ta-centibus Hadikianum nomen. *Joannes Thuroczius*, qui An. 1490. inclaruit, opusque Hist. de Regibus Hungaricis alias notissimum scripsit. De *Martino* quoque *Rakon*, inde *Rakovszky* constat eundem librum de Magistratu Politico elegantibus versibus scripsisse & *Zachariae Robosnik Eppo Tinnienensi* post Nitriensi æque Thurocziensi *Mossovia* nato, & ideo *Moszotzy* dicto, alias Legum Hungaricar. cum Rubricis 1584. præcipuo Compilatori inscripsisse. *Vid. Eppum Strig.* p. 180. *Georg. Draskotzy* per Pro-Regem *Draskovics* Anno 1662. Commissarius Regius constitutus: Notarius in Cottu. *Hagara* V Comes multis annis Comitat. Marn. usiensis. *Paulus Okolitsány* maximus Jurisconsultus, de quo Comment. Joniana per nos præmissa: de filio ejus meminit A. 1715. ar. 46. qui Anno 1715. Commissarius delectus, in filiabus ex Susanna Raksáni natis & *Michaeli Révai* ac *Ladislao Janoky* elocatis deficit *Samuel Draskoczy* Cttis *Koháry* in Dominio *Murány* & *Baloghi* per Annos 36. Præfectus, & Assessor Comit. *Gömörienfis*. *Matthias Bodo C. Andreæ Koháry Dny Morány* & *Balogh Ord.*

Fisca-

jam a Bela IV. Nobilium Prærogativis insignita, & a multis quos Hungariæ dedit Viris, celebrata (*b*) fuit. Pater inquam nostri Danielis, institutus pro ratio-

Fiscalis, qui inter cætera scripsit Jurisprudenciam criminalem in fol. Nostrum *Danielem Lehotzky* appellat idem *Smal* in l. c. eruditione, meritis & pietate insignem. Inde quoque originem dicit, Consiliarius & jubilatus Adseffor *Beniczky* alter Adseffor *Samuel Benitzky*, Consiliarius quondam *Gabriel Bronay*, cuius filii B. Ladislaus, Cons. Jnt. & Com. Reg. ac Gabriel, sup. District. literarii, Posoniensis Director, & Academiæ Regiæ Præses laude mea majores. Collonellus *Draskoczy*, *Alexander Jeszenszky* V Comes Tolnenensis optime de ea Provincia meritus. Advocati celebres *Alexander Ilgo*, *Georgius Lehotzky*, *Sigismundus Raksány*, *Gabriel Gocsecz de Tarnó*, postremus hic in lucem publicam emisit Librum, sub titulo *Systema Præcis Criminalis Hungariae Claudiopoli Typis Soc. Jesu excusum 1763.* prius nempe Anno 1745. Proceribus, & Statibus Regni Hungariæ dedicatum, cum eleganti ad eosdem Præfatione.

(*b*) Communi, eaque vetusta Traditione constat Belæ IV tempore duos ex Lehotzkianis

tione temporum egregiis disciplinis publica est amplexus, geffitque curam, & inspectionem Fundorum, & proventuum Regiorum in Dominiis Lipto, Ujvár, & Hra-

ad vigilias constitutos, alterum hosti aditum, alterum vincula dedisse, quare Bela Rex familiam Lehoczianam in numerum Regni Nobilium referens Gruem vigilantiæ, et Cancrum infidelitatis signum Insigni Lehotzkiano consultavit. Ceterum aliis indubitatis monumentis constat inclytam hanc Domum fane in Hungaria pervetustam nobilitari semper decore fuluisse, unum ex multis hic subjicimus.

Nos Universitas Prælatorum Magnatum, & Nobilium Comitatus Thurocziensis damus pro memoria: Quod nobis occasione sub Termino Generalis Congregationis nostræ die & Anno datarum præsentium hic in Oppido Szent-Márton loco alias solito pro pertractandis & concludendis præprimis S. C. R. & A. Majestatis servitium concomitanter Comitatus istius nostri Publicum bonum respicientibus negotiis Congregatis, & insimul considentibus Egregii Domini *Alexander Lebocky de Kis Rákó*, & in Bisztrieska, alias Tabulæ nostræ Judiciariæ Assessor & Cassæ contributionalis Perceptor, ac alter *Gasper Lebocky de præfata Kis Rákó* no-

stram

Hradek: atque etiam cum Provinciali
 I. Comitatus Turocziensis Magistratu,
 tanquam Pars confidebat. Sed publicis
 & alienis intentum, domi fortuna defe-
 ruit, & per arrugias Boesenses unde
 opes spectabat, ad paupertatem redegit,

S 2 ea-

stram personaliter exurgendo in præsentiam
 præsentaverunt, & scriptis nobis exhibuerunt
 Familiæ suæ Genealogicam codescendentiam
 hoc modo deducunt :

Georgius, qui 2. Mattheum, qui 3. Ladislaus, qui 4. Georgium, qui 5. Franciscum, Georgium Ladislaus, Danielem qui Martinum Generalem.	& 6. Georgium, qui 7. Ladislaus, qui 8. Danielem, qui Ladislaus, Georgium, Andream qui Eméricum, qui Alexandrum	Danielem, Posonensem.
---	--	--------------------------

Pe-

eatenus benigna , quod paupertati diu
superstitem non reliquerit. Daniel super-
stes Patri , hac fortunæ iniquitate non fra-
ctus sed erectus fuit , agitavitque secum
et ipso ferio de comparandis iis præfidiis ,
quibus universi , qui ad honores quon-
dam adspirant nituntur. Itaque omnibus
illis artibus , & scientiis , quæ ea tempe-
sta-

Petendo debita cum Instantia eandem Ge-
nealogiam in forma Testimonialium pro futura
Cautela suorum Congenerationalium , sed præ-
cipue illorum , qui de Familia sua extra Gremiu-
m Comitatus istius in aliis remotioribus locis
suas fixissent residentias , ut de illorum quo-
que nobilitari prosapia , & possessione Hæreditaria
avitica , illis , quorum interesset futuris
temporibus constare posset extradari. Cum
autem id nobis notissimum esset , Prothocolla-
que nostra testarentur familiam condam Domini-
norum *Lehoczky* veros , & indubitatos Nobiles
esse bonaque Possessionaria hæreditaria in Gre-
mio Comitatus istius nostri in Possessionibus
attacta Kis Rákó , Bisztricska , & Tarno a Di-
vis condam Regibus Regni istius collata habe-
re & actu ipso possidere , medioque tempore
pro diversitate occasionum intra hunc quoque

Co-

stare publice per Hungariam docebantur, excolendum se tradidit. Sic exultus primam industriae, scientiaeque suae operam Szalaio, & Tarczalio agentibus aulicis Viennæ collocavit, a quibus post bienium inter faustas uberioris fortunæ comprecationes dimissus domum paternam revisit, et ignotus licet matri lachrimis, & pietate se filium prodidit dum maternam paupertatem ære Viennæ comparato largissime levavit,

S 3

E pa-

Comitatum, nostrum Thurocziensem de familia eadem commembra idonea & proficia, officiis V Comitum Judicum Nob. Tabulae Judiciariae Assessorum Notariorum, & Perceptorum laudabiliter functos fuisse, fungique etiam de praesenti, sed et productis coram nobis authenticis Documentis & signanter B. M. Virginis de Thurocz conventus Annorum 1512, 1520. & Comitatu autem isto nostro in Annis 1575, 1628, 1665, 1691, ac 1723. emanatis deductionem illam Genealogicam ita, prout exposita esset vere, & genuine subsistere comprobassent, legitimassentque Danielemque illum Lebocky pro nunc in L. R. Civitate Posoniensi mansiōnem suam habentem filium Danielis filii sub

Nro.

E paternis laribus sensim ut in lucem
emergeret, primum Ladislao Schlosberg Vi-
ce Comitis munere in Provincia Posoniensi
fulgenti a manibus fuit: mox in partem
laborum a Steph. Zsitskovszky Fiscale Re-
gio vocatus plures Fisco Causas tum Tyr-
naviae, tum in diversis Comitatibus felici
exitu vindicavit; quo labore demum per-
fecit, ut in *Gabrielis, Pronai & Joannis*
Bo-

Nro. 9. expositi Andreæ filii alterius *Danielis*,
Martini, porro Augustissimi condam Impera-
toris, & Regis Josephi campi Generalem uni-
usque Regiminis Hungaricæ Nationis equestris
ordinis Colonellum filium *Ladislai* illius sub
Nro. 5. denotati filii *Georgii* adeoque suos ve-
ros legitimos & indubitatos Condivisionales fu-
isse, & esse &c. datum ex Generali Congrega-
tione nostra in Oppido Sz. Márton die 9.
Mensis Junii Anno 1751. celebrato (LS.)

Lecta & extradata per Juratum
ejusdem Comitatus Notarium
Alexandr. Beniczky mp.

Ex his ea etiam manifeste produntur, quod
Leboczky præclaris semper muneribus tam domi
in Provincia Thurocziensi, quam alibi in Hun-
garia perfuncti fuerant deinde, quod non Toga

so-

Bohus virorum, a scientia Juris celebrazissimorum notitiam veniret, quibus ut ipse confitetur adjuvantibus, & operam Danielis ubique collaudantibus, cum famam opere comprobasset, Tyrnaviae, Ginsii & mox Pestini clarus evasit; certe Pestini, cum in quadam appellata, ut dicimus causa responsa ejus semel, ac iterum examinarentur, & gravissimis eadem nixa fundamentis invenirentur, Baro Grasalkovics tunc Personalis indagato

S 4

pri-

solum, sed sago quoque insignia merita Familiæ suæ comparaverint de *Martino Leboczky* qui militia sua virtute nixus per omnes militiae gradus ad militarem usque Tribunatum proiectus est, hæc habet in MS. sua Hungariæ Historia GABRIEL KOLINOVICSIUS Senquiczensis. Exente Aprili 1704, *Paulus Deakus* sub vellitatione baud procul villa franea in Pedemontio a Gallis capitur, eorumque servitium militare suscipit, Martinus autem Léhoczkius Chiliarcha, & Petrasius Centurio Hungarorum circa nigram silvam in Germania XV. Bavarios mulos cum secretis scriptis, prætiosissima Electoris ueste, argenteo aliquo non exigui valoris adparatu feliciter capiunt, Lib. 2. pag. 35. Et Lib. X. pag. 273. 1712. Viennæ incertum qua de

prius Danielis nomine palam edixit *Advocatum hunc sibi quidem ignotum, mereri ut inter nos esset*, quibus auditis animatus, maxime ut hortantibus amicis obsequeretur cum primum potuit relicto Tyrnaviensi foro, Pestinum locum ingenio

de Causa Monomachia concurrunt bini Proceres Vngari Mart. Lehoczkius & Mich. Perenius, qui licet tot vitæ pericula Gallico per Imperium bello salvi transiissent, ille tamen in pace occubuit, relicta Susanna vidua, e clara Jokaiorum sanguine spectatae formæ muliere duabusque filiabus alter vero e latibulis, inque vitæ admittendæ metu se abdiderat, Cæsari pro indulta venia grates repensum prodiens insuper una legione ungarica contra Gallos ducenda donatur &c. Per uxorem Jokianam, de qua documentum paulo ante recitatum meminit, nobilissimis in Hungaria familiis innexi sunt Lehontziani, ex ea enim suscepit Generalis Lehontzkius duas filias, quarum altera Spillenbergio ad Scepusium, altera primum Baroni Mitrovszky Brünam, dein Comiti Zrini in Connubium locata fuit, ex Mitrovszko ortum naæta filia primum Generali Vallis, deinde Comiti Althan, denique Principi cuidam in Hispaniam nuptui fuit tradita.

nio & industriæ suæ accommodatissimum
fese contulit, ibique breve intra tempus
Diligentia, ac **Labore** (c) eo eva-
sit, ut clarissima in luce collocaretur. Il-
licet omnes eo Advocate uti optare, eum
præcipui utriusque status Magnates, eum
Prælati, Nobilesque, Divites, æque ac
pauperes in gravioribus, atque intricati-
oribus Causis Advocatum adhibebant
(d) nec ita tamen totum se commenta-
tionibus Causarum dediderat, ut non &
alia negotia, publica honorificentissime
sustineret, nam Thurocziensibus, & Bé-
késienibus Comitatuum Conventibus qua
Affessor aderat, & in publicis Regni Co-
mitiis Anno 1741. Baronum Revai Anno
1751. Provinciæ Békésiensis Anno 1764.
Comitis Generalis Mérei & Comitis Jo-
annis Nepomuceni Kohári personam su-

S 5

sti-

(c) Hoc, dum vixit, Symbolo utebatur, eo
maxime, quod primæ literæ Symboli primas
utriusque ejus nominis literas exprimerent.

(d) Primas Archi Episcopus Princeps Franci-
scus Barkoczy 5. Decembris 1763. formalia scri-
psit: *Memor utilium servitiorum, quæ Dominatio ve-*
stra

stinebat , semel etiam atque iterum in persona filii Andreæ ad superiorum Tabulam Magnatum delegatus , teste publico Diario Prothonotariali Nedeczdiano dd. 9. Aug.

Hos inter honores , pauperum Causas minime neglexit , etenim *Ladislaum Tisza* ad probrosam usque paupertatem redactum in revindicandis a Dominio Ducis Mutinensis pagis ita juvit , ut qui Pestinum ad agendam Causam albis pedibus venerat inde alba sexiga ad suos reverterit , familiamque suam amplissime locupletavit , ad hæc pauperum dona Casseolos in pretiosorum munierum loco ponebat , fassus labores , quos pauperibus

ju-

flra in munere Advocatiæ mibi e multis de Clero Hungariæ diligenter impendit cuperem sane ut Dominatio vestra & vivens & moriens particeps sit gratiarum , quæ ex dispensatione sacri mei Officii proficiunt.

Comes Episcopus Jaurinensis ZYCHI scripsit :
Ego sicut habens , ita & nunc maximam post Deum in nota Perillustris Dominationis vestrae dexteritate & prudentia pono fiduciam . Idem alibi : *Inter omnes causas meas maxime momentosam , atque ideo defensio-*

nem

juvandis gratuīto collocabat, felicē alia-
rum quoque Causarūm exitū, & locuple-
te mercede amplissime fuisse remuneratus,
fractus subinde tot susceptorum negotio-
rum oneribus Pestinum juxta, & advo-
cati munus Anno 1764. deseruit, deside-
rium ejus permulti ægre ferebant, in re-
liquis Comes Emericus de Battyány unus
Judicum subinde Tabulæ Septem viralis
delegatus Præses eum ad Stationem con-
tinuandam Literis Anno 1763, exaratis ita
animabat: *Pro optimo meo erga Perillustrem
Dominationem vestram animo ingenue fa-
teor, dolori miki fuisse ex Epistola sua in-
telligere, quod ingruentibus morbis su-
is de Jubilatione sua impensus meditari
velit quod tanto minus futurum spero,*
quo

*nem ex parte mei nulli consultius quam prætitulatae
Dominationis vestrae deferendam esse judico.*

V. Capitum Veradiense scripsit eidem: *Non
solum ex boni nominis honestaque existimationis com-
muni rumore, sed etiam ex fide digna certorum Com-
membrorum nostrorum ac Plenipotentiarii relatione
idoneitatem, qua conspicuam, antelatam Dominationem
vestram compervissemus ante aliorum dotes præligentes*

præ-

quo plus operam suam Publico multum necessariam esse novi: qui firmam, & vegetam sanitatem Perill. Dominat. vestræ animitus precor, & distincta cum aestimatione maneo, &c. Cui ipse, Egregium esse rescribit suam fragilitatem agnoscerre, & ultiro etiam negotia deponere antequam mors eripiat, ne dicar mihi ignotus obiisse, qui vixi notus plurimis. Si enim negotia homini valedicere debent, facius est mihi illis valedicere, & tatisque contemtui me subducere, meque ad Contemplationem rerum Divinarum a curis mundanis traducere. Ita animatus Ponsonium se contulit, & licet otio suo de-

di-

præsentibus honovifice requirendam esse duximus. Assistentiam, quam aliis causantibus præbere solita fuisse nobis quoque offerre velit.

Venerabile Capitulum Scepsiense: Justissimam Causam nostram experto Peril. Dom. vestræ Zelo, iterum iterumque quam impensissime commendamus.

Episcopus Scepsiensis ZBISKÓ: Ceterum Perillustrem Domin. vestram impense oro, ne causam hanc deserat, faciet spero istud in grotiam mei Leboczkius nunquam non meus, quem ego sincere semper & dilexi, & aestimavi Servus ex Corde affectus.

Epi-

ditus multum, tamen negotiosam per intervalla temporum dixit vitam re, opere, studio, Confiliis de Jure responsis, omnium magnorum per aequem, ac humilium votis velificans.

Hactenus de muneribus *Danielis*, cuius si privatam & ab officiis publicis remotam vitam spectaverimus, multarum in ea atque præclarissimarum virtutum vestigia expressa legemus: erat quippe aconomus industrius, Pater egregius, hærus perfacilis neque quidquam rei familiari detrimen-

Episcopus Nitriensis GUSZTINYI: Dignetur pro sua perpetua erga me bonitate & humanitate rem hanc totam expendere, res est momenti majoris, iterum rogo, quod peto facere dignetur.

comes DÖRY: Fiducia illa quam in integritate prætitulata Dominationis vestræ posui, quam in eadem estimare debeo ac erga me Amicitia, quam abunde expertus sum sicut et mibi, imo me cogunt, ut ratione &c. in prætitulata Dominatione vestra omnem meam fiduciam collocavi, Domine non dimittam te donec &c. quia satis erit Lekoczkium &c.

menti alicuiide importaretur cavit sedulo, eam fundis Posoniensibus atque domo urbica exauxit Aviticos autem fundos Provinciæ Thurocziensis egregie excultos posteris reliquit, quas curas, ut sociatis viribus facilius exequeretur Uxorem sociam curarum, futuram elegit sibi filiam *Michaëlis Mikos* viri apud Posonientes Consularis de ærario Regio imprimis meriti, prius plurium Dominiorum Fiscalis cui magnum Decus duo ex fratre

Ne-

Comes EMERICUS de BATYÁNY 1746 *Commendo requisitionum mearum memoriam, augendam que sibi eam, quæ merita exposcunt eximia aestimationem &c.*

Comes ADAMUS de BATYÁNY 1755 *Repen-
do grates super iterata contestata sincera solicitudi-
ne Negotiorum me tangentium, quam ex litteris ad
me datis profecto cum magna consolatione percepī &c.
recurrat aliud iterato Negotium, in quo Consilium
Perillustris Dominationis vestrae implorō &c.*

Comes LEOPOLDUS PÁLFI 1757. *Házamnál
a' Fámiával kegyelmed által léndü folytatás vé-
get meg-egyeztünk vala &c. a' kivel igéreti Sze-
rént tartoznék Kegyelmed a' fámiának &c. tsak
úgy*

Nepotes addiderunt, quippe *Michaël Mikos* Referendarius, alter *Ginsii* ad Districtualem Tabulam Adseffor muneris sui egregia cum laude satagunt, ex hac conjuge Daniel duas virilis, tertiam feminei sexus sustulit sobolem, alter filiorum Andreæ, paulo alteri nomen obtigit, prior *Andreas* scilicet, optimam in teneris nactus Institutio nem, præclara patris vestigia premendi certus, cum *Astraeæ* se potissimum devovisset, præclarum inter Jurisconsultos obtainuit locum, ivitque constanter de nobilissimis Hungariæ Familiis *Ginsii* & *Pestini* bene mereri, nam & Comitis *Adami de Batthyány Thavernici*, & *Inclytæ Balassiorum*

Gen-

úgy tartóztassa továb - is magát, a' mint beszélgetésünk' közben az igéret tartóztattya &c. Pestrül Kegyelmedet szerentséssen viszsa téritvén azonnal hozzámagát alázza-meg, még többet beszéllek.

Baro *LAURENTIUS Révai* supremus Comes Comitatus Thurocziensis: *Kire való* nézve ezen Vármegyét kegyelmednek specialiter recommendálván kérem nagy betsüleettel, és kötelességgel méltóztassák maga bőlts Cooperatiojá által in locis debitiss pártját fogni, &c.

Co-

Gentis & ad excelsam Curiam Regiam in Causis Nobilium pauperum Fiscalem egit, & quamvis bis voto Exc. Dicasteriorum pro Fiscali Regio delectus, pertinacem eatenus expertus sit Fortunam, mira tamen Constantia quartum supra vi- gesimum Annum exegit in negotiis Judiciariis, Adfessor primum Inclitorum Comitatuum Thurocz & Abaujvár, deinde ad Tabulam districtualem Tyrnaviensem, ad Consil. & Assessoris Honorem, æstimante cumulata merita viri præstantissimi Augusto JOSEPHO II. Hungariæ Rege Apostolico Provectus nobilissimarum familiarum pars effici meruit. Nactus erat Sacerum ab Anno 1769. Joannem Ma-

Comes Cameræ Præses GRASALKOVITS Di- rector Úr' absentiájára való nézve bizodalmaſſan ki- vántam requírálni, ne terheltessek a' Fiskus' ne- vével &c. Item azon időre számot tartván vélem le-jönni magát részolválná kegyelmed, vagyok - is oly reménséggel &c. Téendő jó akaratyát mindenkor recognoscálni kívánván. &c.

Comes EMERICUS ESZTERHÁZI M. Personá- lis Úrnak &c. minemű válóságát vettetem, és neyan tel-

Mázsary de N. Réth & Hernáth Kéres
 Curiat. Advocatum & Principis Trautson
 in Dominiis nunc Cameralibus Régecz ;
 & S. Patak Plenipotentiarium, Comitatum
 Sáros, Abaujvár & Zemplén Assessorem,
 prius Eperiesini de Caulis Fisci Regis in-
 signiter meritum, socrum vero filiam
 Colonelli Andreæ Desöffy de Csernek.
 (a) Alter Filius Paulus post plures publi-
 cos exantlatos & Comitatus Thurocziensis
 Causa suscepitos labores votis communia-
 bus ordinarii Notarii Munus magna cum
 adcuratione exequitur, Filia Catharina
 Andreæ Just de Nezpál pluribus annis
 Tyrnaviae Advocato Comitatum Thurocz
 & Ni-

tellyes bizodalommal vagyok &c. Nem-is bíznám
 további folytatását öremest másra.

Comes DANIEL ESZTERHÁZY Hálá adó
 szível azt meg-jutalmazni el-nem mulattyá az Er-
 déli Cancellarius. &c.

Baro DUYARDIN. *Antiqua fiducia negotium suam
 Celsitudinem tangens recomendo. &c.*

(a). Erat hic fraterno sanguine junctus Comiti
 Josepho Desöffy Generali Campi Mareschalli

T

Lo-

& Nitra Adseffori Fratri moderni Consiliarii & VComitis Comitatus Thurocziensis in matrimonium obtigit.

Prolium harum institutioni pater Daniel, quod publicis negotiis supererat tempus eo cum fructu impendebat, ut ipse etiam per Patriæ virtutis vestigia labore & diligentia ad præmia laborum nitendum fibi, contendendumque esse proponerent. Lenimenta curarum pauca adhibebat. Si quod, ut inter homines interdum tedium laboris obvenisset, illud levabat Poëtis interdum legendis, & Verfibus condendis certus ipsa varietate laborum tedium constantium laborum ut- cunque tolli. hoc ex reliquis ejus de- sumptum est verfibus:

Discamus Domino foli confidere, nostra
In manibus Domini spesque salusque
fita est.

Nec

Locutienti, & Regiminis Equestris Hungarici
commendanti cuius familiæ Insignibus in per-
petuum Regiæ Gratiæ monumentum erga Joan-
nem

Nec confundetur , quicunque locaverit
omnem

In Domino solo , spemque fidemque
suam.

Sed velut ille suo , qui stat bene fidus
in armis

Egregius miles , robore tutus erit.

Hæc tamen succisiyis solummodo horulis : nam principem semper commentationi causarum locabat operam. De his , eorumque agendarum modo plura ipse scripsit , & exemplis firmavit ; præclarum sui ingenii & Industriæ documentum , juxta & posteris incitamentum relinquens. Cynosuram quoque legum scripserat , quam alii iterum atque iterum transcribendo cumulatiorem reddiderunt.

Super hæc ornamenta ingens virtutum Pompa animum ejus decorabat : vitiæ integritate , morum & animi candore ,

T 2

at-

nem Magistrum Curiæ Regiæ , & Consiliarium alium vero Cubicularium Regium & Provinciæ Poeganae supremum Comitem Aquila ex Insignibus Regiis deprompta per privilegium An.

1525.

atque mansuetudinis laude imprimis floruit: constantia autem tanta fuit, quanta gravissimum virum decebat, ut de sententia, nisi in melius, nunquam dimovetetur. De aliis modeste honorificeque loqui tum ipse amabat, tum ut alii sine contumelia de aliis sermonem fererent, admitebatur: nec vero suspicionibus locum facile in animo reliquit, ad vii boni officia pertinere ratus, ut nemo, ne cogitatis quidem, laedatur. Inter haec nihilominus sic veri erat Studiosus, ut si quos ab justi & decori officio palam discedere non videre non potuit, haud alienum a se arbitraretur in devia delapso rectam semitam ostendere. Credere & non credere juxta periculatum arbitratus maturo iudicio, quorum consiliis standum esset, pensabat. Eapropter, quos in Principio rerum suarum inimicos sibi fuisse experie-

1525 addita fuit, quæ sua merita eo etiam abundantius auxit, quod Bello Borussico An. 1743. ex familia sua duos Generales duos & viginti Praefectos, ex quibus sub menibus Pragæ novem

riebatur, eos, si etiam rerum cursu fluente gratiam & opem offerrent, tanquam ad amicitiam parum validos spectabat. Nec etiam adversariorum suorum gratiam follicite auecupabatur, satis superque suæ virtutis conscius, quæ ab inimicis premi, nunquam opprimi posset. Fuit denique, ut jam summatim complectar omnia: Vitiorum Cato, virtutum Aticus, satisque scite Cornelius Nepos in Atico C. 15. ipsum Danielem nobis expressit, quos eo remittimus, si quos ejus noscendi uberior cura inceperit.

Corpus ipsum quod concernit, gracile magis quam robustum a natura ei obtigit: Capillus criso, quam fluenti similior, erectum collum, oculi palpebrae, nasus aliquanto grandiora. Modesto vestimenti genere, quod oleaginum colorrem referebat, semper usus. Hac etiam re satis superque constantiam suam pro-

T 3

di-

vem gloriosam mortem oppetierunt produxerit, ex hisque & aliis motivis dignitate Comitis condecoratus est, testante Diplomate Regio.

dedit. Una in hac rerum omnium constantia valetudinis constantia non semper ei aderat. Nam noctibus in partem laborum advocatis natura adeoque ipsa debilitata cum hæmorhoidibus conflictari cœpit in hydropem sensim abeuntibus. Inde vitæ occasus, quam in caræ conjugis & filii præsentia sic clausit, ut omnibus quidem flebilis, sed nulli quam suis flebilior occideret; desiderium autem sui omnibus æquale relinqueret. Compositus inter suorum lacrimas, & magnifico funere elatus, posteaquam veris laudibus enumерatis in exemplum posterorum propositus viva oratoris voce fuisset illatus cryptæ, prius Prileszkianæ & clausus est marmore; cui appositum est Epitaphium sequens: per filium ejus *Andream Lehoczky.*

D. O. M. S.

PRO HOSPITALITATE:

PRILESZKIO MORIBUNDO PRÆSTITA

Recepit hic Hospitium

Nob. D. Daniel Lehoczky de eadem

Incl. Comit. Thurocz Affessor

Ex-

Excell. DD. CC. Georgii ab Erdöd Jūd. Cur.
Regiae, & Filii Joan. Erdöd Cameræ
Hung. Præsidis

Compl. it. Episc. Cap. ac Incl. Fam. Caus.
Direct. & Advocat.

Dexteritate & Laboris Constantia ce-
lebris

Sic Deo semper deditus, quasi omni die
moriturus

Verus Paterfamilias

De Cognatis Munificentia

De omnibus Veritatis Candore & Offi-
ciositate

De seipso intemeratae Conscientiae Custodia
meritissimus

mortalitati exemptus est

A. R. S. M. DCC. LXXIX. die XXV. Martii
Ætatis suæ LXXVII.

Vivat apud vivos ejus post funera Virtus!
Molliter offa cubent dum bona facta mi-
cant,

Major Ut occidvv s foL, est post fVne-
ra VlrtVs.



